PHARMACOPOEA

MEDICAMINUM,

QUAE IN

PHARMACOPOEA BADENSI

NON RECEPTA SUNT.

AUCTORE

E. A. EMILIO RIEGEL,

PHILOSOPHIAE DOCTORE, PHARMACOPOLA CARLSRUHENSI, SOCIETATIS PHARMACEUTICAE GERMANIAE UNIVERSALIS ET AUSTRALIS BADENSISQUE DIRECTORE AC MULTARUM SOCIETATUM LITTERAR. SODALI.

CARLSRUHAE.

SUMPTIBUS THEOPHILI BRAUNII, BIBLIOP. AUL.

1854.

PRAEFATIO.

Quamquam solere praefationibus demonstrari probo, quam sint necessarii, quam utiles libri, qui eorum finis, quaeque descriptio, tamen supervacaneum puto, argumentis docere pharmacopoeam esse necessariam eaque nos carere non posse, quamvis opportune hoc loco nonnulla de bonae alicujus pharmacopoea consilio, quaeque ab ea postulentur, generaliter dici possint.

Pharmacopoea scriptas quasi continet leges, quibus praecepta accuratissima, maxime perspicua et tamen breviter presseque descripta, cum progressus in arte factos, tum peritissimi cujusque medici usum experientiamque respicientia dantur, quomodo praeparentur ea quae efficacissima neque tam prona ad corruptelam esse medicamina constet, non minus quam in illis accurate et perspicue remedia usitata, efficacia et simplicia, ex diversis rerum naturalium partibus sumpta describuntur.

Ceterum ad eorum sententiam accedere nequeo, qui in pharmacopoea, si quasi leges ea contineri putes, accuratissima certarum sive quas dicunt positivarum notarum descriptione omnia incerta atque negativa per eam et ab ea ipsa excludi neque exempli gratia contaminationum etc. mentionem fieri deberi dicant, nisi ubi hoc perfecta rei explicatio postulet. Pariter enim atque ex legibus breviter presseque scriptis (cujus rei exempla quotidie est videre) diversae significationes interpretationesque nascuntur et dissidia excitantur, pariter dico ex brevi et quamvis accurata certarum pharmacopoeae notarum explicatione definitioneque diversae interpretationes, dissidia, commutationesque nasci possunt. Permultae

enim sunt res, ad quarum descriptionem, si quidem perfecta esse debet, notarum negatarum mentio maxime necessaria est, ita ut hanc quam protuli sententiam exemplis illustrari non oporteat. Plena enim singulorum medicamentorum descriptio non minus quam signorum notarumque significatio, ex quibus remedia quae dicuntur simplicia sintne genuina bonaque cognoscitur, aeque atque eorum servandorum rationes bonae pharmacopoeae propriae sunt.

Hujus autem partis tam gravis in plurimis de pharmacis libris, ne in novissimis quidem, (id quod in aestimatione mea Pharmacopoeae Borussicae, in editione sexta, ostendi) non quae debeatur rationem haberi, jam experiri potes celeritur ejusmodi libros pervolutando. Vulgata enim setentia dicentium, legibus, quae existent, non negata licère, huc quoque admitti potest, et si hoc spectatur non minus necessarium est, pharmacopoeam, ut leges, remediorum, quae illa continentur, simplicium pariter ac compositorum, certa plenaque explicatione indigere.

Itaque facile intelligitur, solam medicaminum enumerationem, pharmacopoeae loco, nec medicorum pharmacopolarumque neque omnis hominum aegrotantium generis necessitatibus satisfacere posse, quum certa et descripta Galenicorum quae dicuntur praeparatorum data esse praecepta necesse sit, quibus utique est obediendum. Negari contra non potest, in iis quae proficiantur in doctrina de rerum natura, imprimis in chemia, prudentem legislationem postulare non posse, ut praeceptis ab ea datis, quomodo praeparata quae dicuntur chemica-pharmaceutica conficiantur, absolute obediatur, quum unusquisque, quantum in eo est, is sit oporteat idque officii habeat, qui litteras excolendas adjuvet. Hodie autem proverbium est: Nullus progressus, ipse est regressus. Possunt contra et debent poscere leges, ut medicamina pharmacopoeae secundum illas institutae certis (quas supra dixi quaeque et rationem et usum spectant) necessitatibus plane satisfaciant.

Aegre autem ferendum est, quodquum recentiores homines pharmacopoeas scribant, in medicaminum et delectu et numero nimis anxie versantur, ita ut paullopost multarum novissimarum pharma-

copoearum publicationem nascatur necessitas supplementorum edendorum, quae si majoris medicaminum, imprimis novissimorum, numeri ratio habebitur, non tam celeriter desideratur.

Qua de causa jam anno 1847 libellus publicatus est, qui inscribitur: „Praeparata chemica et pharmaca composita in pharmacopoeae Borussicae editionem sextam non recepta, quae in officinis Borussicis usitata sunt. Curavit J. E. Schacht, pharmacopola," et anno 1853 Appendix et index hujus libelli, quamquam anno demum 1846, sexta editio Pharmacopoeae Borussicae publicata erat. Ceterum recentioribus temporibus plura ejusmodi supplementa publicabantur, quorum exempli causa commemorem „Stromeyeri pharmacopoeam medicaminum, quae in pharmacopoea Hannoverana non sunt recepta. Hannoverae 1852." Multae autem in doctrina de rerum natura inventiones, diligenti rerum supra memoratarum ratione habita, pluribus annis abhinc supplementi sive novae editionis indigent, ut etiam rectissime dictum est sub finem praefationis ad Pharmacopoeam Badensem. „Per futuri autem temporis intervalla huic pharmacopoeae supplementa annectere constituimus, quae novas artis pharmaceuticae et materiae medicae inventiones atque emendationes continebant. Ita enim pharmacopoea Badensis, probatis et vere utilibus inventis in posterum aucta, cum ipsa scientia progredietur."

Conficienda autem editio nova multi temporis sumptusque indiget et facile mutationes in singulorum medicaminum praeceptis factae medicos pharmacopolasque perturbabunt, quo facta commoda parva, mutationibus efficienda facile tollentur. Neque enim novas Pharmacopoearum editiones saepius repetitas perspicuis de causis aegrotanti hominum generi magna emolumenta afferre putari licet.

Noto igitur supplementi pharmacopoeae Badensis desiderio (propter numerum qui illa continetur medicaminum et propter maximae partis eorum gravitatem haud injusto) et complurium popularium collegarum votis responsurus rationem habens conatuum experimentorumque multis annis abhinc de hac re factorum supraque dictorum principiorum, conscribentum huncce libellum subeo, quo me medicis collegisque popularibus haud ingratum donum oblaturum spero.

In distributione, quantum potui, pharmacopoeae Badensis principia secutus sum, quae de singulorum medicaminum eorumque integritatis et bonitatis signorum descriptione de eorumque aestimatione digna est, quae plurimis recentioribus pharmacopoeis anteferatur.

In medicaminum delectu ea sententia praevalebat, qua et nova et novissima, et rarius usitata vetera remedia, quae in pharm. Badensi non continerentur, reciperentur et qua medicis pharmacopolisque occasio offeretur ea, si opus esset, cognoscendi; pharmacopolis autem certa praeparandorum remediorum praecepta darentur, de quibus apud singulos diversa inveniuntur, quae aut passim in variis scriptis sunt, aut in usitatis libris frustra quaeruntur; praecipue autem ut praeceptis datis quam maxime posset consentanea descriptio gigneretur. Si quis tot diversas medendi rationes nostrae aetatis et medicamina ad illas adhibita spectaverit, numeros receptorum medicaminum, qui primo adspectu nimius apparet, excusatus esse videbitur.

Quod addidi collata graviorum liquidorum remediorum varia pondera specifica, et indicem dotum heroicorum remediorum, et saturationum tabellam, et indicem usitatiorum medicaminum, qua nomina eorum Latina, Gallica, Anglica comparantur, plurimis meis collegis haud ingratum erit.

E. A. E. Riegel.

PARS PRIMA.

MEDICAMENTA CRUDA.

AMBRA GRISEA. Grauer Amber.

Physeter macrocephalus Linn. et alia Cetacea, e classe Mammalium, ord. et familia Cetaceorum, in Oceano et aliis maribus.

Excrementa morbosa ad litora Indiae orientalis, Africae et Americae meridionalis repcriunda. Frusta variae magnitudinis, cerae duritie, e nigro-cinerea, maculis et striis albis, flavis et nigris variegata, opaca, levia, odoris pergrati, leni calore cerae instar liquescentia, flammae exposita deflagrantia, in aethere et oleis aetheris fere tota, in spiritu vini ex parte solubilia. Solutio spirituosa, odore fragrantiore amoenissimo gaudens, post aliquod tempus crystallos verrucosos albos, adipis Ambrae demittit. *Part. const.* Oleum aethereum et pinguedo sui generis, Ambreïna. Vis: antispasmodica.

Cave confundas cum artefacto ex Benzoe, Styrace, Gummi et aliis substantiis parato, tactu adiposo, odore et solubilitate minore agnoscitur.

† ANACARDIA OCCIDENTALIA. Semen Anacardii occidentalis. Westindische Anacardien. Westindische Elephantenläuse.

Syn. Semen Acajow.

Anacardium occidentale L. ex Enneandria Monogynia Linn. et familia Terebinthacearum, sect. Anacardiearum; arbor Indiae occidentalis et Americae australis.

Nuces sinu laterali renatae, pedunculo aucto, pyriformi, carnoso insidentes, fuscae, nitidae, durae, longitudine pollicis unius atque ultra, crassitie dimidii et latitudine trium quadrantium pollicis, oleum fere nigrum, acre et ardens continentes. *Part. const. praev.* Cardoleum et acidum cardolicum. Vis: vesicatoria.

† **ANACARDIA ORIENTALIA.** Semen Anacardii orientalis. Ostindische Elephantenläuse.

Semecarpus Anacardium Linn. fil. Pentandria Trigynia Linn. et ex eadem cum praecedente familia; arbor Indiae orientalis.

Nuces compressae, subcordiformes, margine semiterete, laeves, nitidae, gynophoro depresso, aucto insidentes, colore nigro vel griseo-nigro, pollicem dimidium atque ultra longae atque latae et duas usque tres lineas crassae. Succus acerrimus, corrosivus testa dura fere liguosa, exteriore et nucleus albus, oleosus, mitis, sub dulcisque testa secunda, fusco-rubra inclusi sunt. *Part. const. praev. et vis* cum Anacardiis occidentalibus conveniunt.

ASPHALTUM seu Bitumen judaicum. Asphalt oder Judenpech.

Bitumen solidum, tum mari mortuo et aliis quibusdam Asiae et Europae lacubus innatans, tum in fodinis Galliae, Germaniae aliarumque Europae provinciarum occurrens. Frusta compacta, friabilia, nigra, tritura fusca, recente fractura splendentia, inodora et insipida, trita odorem empyreumaticum edentia, admota flamma post liquationem odore bituminoso deflagrantia, in aqua insolubilia, in alcohole et aethere vix solubilia. Pont. spec. 1,07—1,2. *Part. const. praev.* Substantiae resinosae variae tres, quorum una Asphaltene dicta.

Cave, ne pice solida inquinatum sit, quod solutione in Alcohole dignoscitur.

Usus ad parandum oleum Asphalti.

BACCAE BERBERIDIS. Berberizenbeeren.

Berberis vulgaris Linn. ex familia Berberidearum et Hexandria Monogynia Linnaei; frutex germanicus.

Baccae recentes, oblongae, coccineae, nitentes, carnosae, uniloculares, seminibus 2—3, rubro-fuscis, sapore grate acido simulque parum adstringente. *Part. const. praev.* Acidum malicum et Saccharum. Vis: refrigerans.

BACCAE RIBIUM RUBRORUM. Johannisbeeren.

Ribes rubrum Linn. e Pentandria Monogynia Linnaei et familia Grossulariearum. Frutex Germaniae in hortis culta.

Baccae globosae, rubrae, nitidae, seminibus pluribus nidulantibus, succo acido grato turgentes, odore proprio acidulo. *Part.*

const. praev. Pectinum, Saccharum, Acidum citricum et malicum. Vis: refrigerans.

BACCAE SAMBUCI. Hollunderbeeren.
(Getrocknet Grana Actes.)

Sambucus nigra Linn. e Pendandria Monogynia et familia Caprifoliacearum, sect. Sambucearum; frutex germanicus.

Baccae recentes globosae, nitidae, pisi circiter magnitudine, nigro-purpureae, uniloculares, polyspermae, calyce coronatae, carne succulenta coeruleo-purpurascente, odoris peculiaris, saporis acidulo-dulcis, amari. *Part. const. praev.* Principium extractivum coloratum atque Saccharum mucosum. Vis: diaphoretica.

BACCAE SPINAE CERVINAE. Baccae Rhamni cathartici. Kreuzdornbeeren, Stechbeeren.

Rhamnus catharticus Linn. e Pentandria Monogynia Linn. et familia Rhamnearum.

Baccae recentes globosae, pisi usque ad cerasi magnitudine, extus nigrae, nitidae, intus virides, tres usque quinque semina triquetra includentes, sapore amariusculo acri; siccatae rugosae, corruptae et intus flavo-fuscae. *Part. const. praev.* Principium amarum colorans proprium, (Cathartinum?) Saccharum et Mucilago. Vis: cathartica, hydragoga.

BALSAMUM DE MECCA. Balsamum gileadense. Mecca-balsam.

Balsamodendron gileadense Kunth, Amyris gileadensis L. ex Octandria Monogynia Linn. et familia Burseracearum. Arbor Arabiae et Palästinae; ex vulneratis truncis vel sponte resina liquida stillat.

Balsamum pallide flavescens, pellucidum, syrupi consistentia, odore grato, citri fructus et Herba anthos aemulante, sapore aromatico amaro, subadstringente, pond. spec. 0,950. Aquae balsami gutta instillata aequaliter expanditur et in forma pelliculae tenuis acu sumenda. Aetate balsamum indurescens, coloremque flavo fuscum, subviridem assumens. In Alcohole vini et aethere fere penitus solvitur. *Part. const. praev.* Oleum aetherum et resina. Vis: irritans, diuretica.

Adulteratio balsamo canadense aliisque substantiis proprietatibus notatis agnoscitur.

† BROMUM. Brom.

Paratur ex muria aquarum natrium chloratum, magnesium bro-

matum etc. continentium immissione gasis chlori, agitatione liquoris fusci cum Aethere sulphurico, conquassatione mixtionis cum liquore kali caustici atque evaporatione liquidi gravioris (a liquido leviore, Aetherem continentem, separati) ad siccum. Residuum candefactum destillationi cum acido sulphurico et mangano hyperoxydato submittitur.

Liquor obscure fusco-ruber, in stratis tenuibus solummodo colore pulchre igneo pellucidus, pond. spec. = 2,96, odore suffocaute putido, Chlori subsimili, sapore corrugante caustico, cutem colore luteo tingens, frigore — 25° C. solidescit, temperatura ordinaria nebulas rutilantes emmittit, temperatura + 47° C. jam ebullit; partes Aquae triginta quatuor ad solutionem requirit, Alcohole facilor, Aethere facillime solvitur. Pont. mixt. 79,97.

Vis: systema lymphaticum stimulans, majori dosi acriter venenosa.

CADMIUM. Cadmium.

In officinis metallariis gignitur destillatione e mineris Zinci silesiacis admixto carbone, separatione partis primae destillatae et solutione hujus partis in acido sulphurico. Solutioni gas hydrosulphuratum immittitur, quamdiu praecipitatum flavum gignitur, quod acido muratico concentrato solvitur. Solutioni, evaporatione acidi superflui deliberatae, liquor ammonii carbonici in excessu admiscetur, et praecipitatum elotum atque siccatum admixto carbone vel fuligine destillationi submittitur.

Metallum est exalbido-coeruleum, nitidum, structura solida, fibrosa, satis ductile, pond. spec. 8,6; temperatura minus elevata, qua Zincum, liquatur, aëris aditu liquefactum deflagrat fumo fusco-luteo, corpora ambiuntia pulvere eadem modo colorato obtegens. Acido nitrico Cadmium absque labore solvitur. Dissolutio alcaliis causticis et carbonicis albo, acido hydrosulphurato flavo, tinctura gallarum sordide luteo colore et Zinco mettallico praecipitatur. Pont. mixt. 55,74. Usus: pharmaceuticus.

COCOCONELLA. Cochenille. Lackschildlaus.

Coccus Cacti Linn., Hemiptera ex familia Coccinearum.

Insecta sunt regni mexicani, Americae australis, ibiquem, nec non in St. Domingo, Africa boreali et Hispania culta, Opuntia coccinelliferae Hernandezii, Opuntia Tuna, Cacto campechiano etc. insidentia.

Prostant animalia feminea aquae vaporibus necata et exsiccata granula sistentia parva transversim rugosa, extus e rubro-nigres-

centia, pruina alba adspersa, tritura purpurea, inodora, sapore amarulo, adstringente.

Distinguunter commercio varietates duae, grisea et nigra, quarum prima praestantior. *Part. const. praev.* Principium tingens rubrum, Carminium. Vis: anthiasthmatica.

Cave confundas cum Coccionella germanica seu polonica, inodora, praecedenti persimili, tritura pulverem pallidiorem, sordide rubrum exhibente atque masticando salivam non tingente.

Adulterata occurrit granis metallicis plumbi et antimoniati, quorum praesentia laevigatione forma arenae scriptoriae detegitur. Adulteratio solutione granorum in aqua regia facile etiam agnosci potest, quae solutio metallorum illorum reactiones exhibet.

CONCHAE. Austerschalen.

Ostra edulis Linn. Molluscum ex ordine Acephalorum, famil. Conchiferarum, mare germanicum inhabitans.

Animalium testae irregulares atque inaequales, convexo-concavae, extus gibbosae, intus glabrae, nitore conchoïdeo, ex lamellis sibi undulate et arcte incumbentibus constructae, variae magnitudinis, inodorae et insipidae. Sint ab omni sorde purgatae. *Part. const. praev.* Calcaria carbonica. Vis: absorbens.

CORALLIA ALBA. Weiße Korallen.

Madrepora oculata L. e classe Polyporum, ordine Anthozoarum et familia Madreporarum in Oceano orientali.

Domicilium lapideum, album, cylindrico-ramosum, pennae scriptoriae et ultra crassitudine, cellulis radiato-stellatis hinc inde obsessum. *Part. const. praev.* Calcaria carbonica. Vis: absorbens.

Admixtiones aliorum Polyporum stirpium e gen. Madrepora et Ocellia ramificatione dichotoma agnoscuntur.

CORALLIA RUBRA. Rothe Korallen.

Corallium rubrum Lam. Isis nobilis Linn. e classe Polyporum, ordine Dendrozoarum et familia Corticosarum, in mare rubro et mediterraneo.

Domicilium lapideum, cylindricum, pennae scriptoriae et ultra crassitudine, ramoso dendroideum, amoene rubrum atque nitidum, fractura opaca granulosa, tritura pulverem pallide rubrum exhibens. *Part. const. praev.* Calcaria carbonica. Vis: absorbens.

CORTEX ADSTRINGENS BRASILIENSIS SEU VERUS.
Zusammenziehende brasilianische Rinde.

Acacia Iurema Mart. e *Mimosarum familia et Polygamia Monoecia Linn.* Arbor brasilianus.

Prostat in segmentis crassis, unius pedis longitudine, tubulosis, canaliculatis atque planis cum epidermide verrucosa, tuberculosa, transversim rugosa, griseo-fusca vel lichenibus albido-griseis spurcata, superficie interna laevi, obscure rubro-fusca. Fractus cortex texturam fibrosam, vix nitentem exhibet, sapore per adstringente amariusculo.

Infusum aqua frigida paratum lacte flavum addito ferro sulphurico oxydato sordide fuscescit, plumbo acetico sordide turbatur, hydrargyro nitrico oxydulato sedimentum flavescens exhibet, addita tinctura gallarum immutatum relinquit. *Part. const. praev.* Principium adstringens. Vis: tonica, antiseptica.

Cave confundas cum cortice Barbatimao, vix flexuoso, rubro-fusco, nec non cum cortice Iurema, epidermide destituta, colore obscure violaceo. Nec confundendus est cortex cum cortice Chinae de Rio-Janeiro, epidermide ramoso, albido-flavescente et superficie interna badia. Ceterum infusa corticum horum trium ad reagentia supra dicta alio modo se habeant.

CORTEX ANGUSTURAE VERUS. Aechte Angustura-Rinde.

Galipea febrifuga St. Hil., G. Cusparia Dec. Bonplandia trifoliata Willd., Cusparia febrifuga Hb., Angustura Cusparae Roem. et Schult. et *Galipea* trifoliata Aubl. e Pentandria Pentagynia Linn. et familia Diosmearum; arbores Americae meridionalis atque Guajanae.

Cortex prostat in frustulis planiusculis aut convexis, lineam dimidiam ad lineam crassis, 2 — 4 pollices longis, usque ad 2 pollices latis, extus epidermide crassiuscula subfarinacea e lutescenti-alba, parte inferiore fractura aequabili e luteo-fusca, superficie interna e flavo-fusca, laevi, odore ingrate aromatico, sapore subaromatico, subacre intense amaro. Infusum aquosum laete rubro-fuscum addito acido sulphurico valde turbatur, tinctura gallarum lutescente, ferro sulphurico albide griseo praecipitatur et kali carbonico obscure rubescit. *Part. const. praev.* Principium amarum extractivum et oleum aethereum. Vis: tonica, concoctionem promovens, majori dosi emetica.

Cave confundas cum cortice spurio (Strychnos Nucis vomicae L.) ex India orientali allato, summe deleterio, externe cinereo, verruculis albis et maculis rubiginosis notato, interne subnigro, sa-

pore intense amaro, nauseoso. Decoctum hujus corticis solutione ferri sulphurici oxydulati nigro colore tingitur.

CORTEX GUAJACI. Guajak-, Franzosenholz- oder Heilgenholz-Rinde.

Guajacum officinale L. e Decandria Monogynia Linn. et familia Zygophyllearum; arbor Indiae occidentalis.

Prostat cortex frustis magnis, ponderosis, solidis, planis vel parum concavis, 1—3 lineas et ultra crassis, externe inaequaliter asperis, rimosis, obscure grisco-fuscis, coerulescentibus, maculis luteopictis, superficie interna glabra, griseo flavescenti. Transversim fractus cortex multa strata lamellosa fissilia et longitudinaliter fractus saepius crystallulos albos nitentes ostendit; sapore acre subirritante et amariusculo. *Part. const. praev. et vis*: Ligni Guajaci (vide Pharmacop. Badensem).

CORTEX HIPPOCASTANI. Roßkastanien-Rinde.

Aesculus Hippocastanum L. ex Heptandria Monogynia Linn. et familia Hippocastanearum. Arbor Indiae borealis et Persiae, apud nos frequenter cultus.

Cortex ramorum non nimis vetustorum epidermide grisco-fusca vel e rubro-fusca, glabra, rarius rimosa vel verrucis parvis tecta, superficie interna lutescente aut rubro-fusca. Cortex fere inodorus siccando odorem ammoniacalem spirat, sapore amaro-adstringente. Infusum aquosum coeruleo opalescens ferro muriatico oxydato obscure viride coloratur.

Part. const. praev. Principium amarum et adstringens, Aesculinum. Vis: tonica, roborans.

CORTEX PRUNI PADI. Ahlkirschen- oder Traubenkirschen-Rinde.

Prunus Padus Linn. ex Icosandria Monogynia Linn. et familia Amygdalearum. Frutex vel arbor Europae, inprimis Germaniae frequens.

Cortex juniorum ramorum epidermide vel obscure fusca, satis glabra, verrucis pallidis sparsis obsita, superficie interna lutescente. Siccatus cortex intus fuscescit; recens detractus odorem spargit forte amygdalinum atque ingratum, siccando maxima parte evanescentem et sapore gaudet amaro, adstringente. Decoctum aquosum rubro-flavum ferri muriatici oxydate ope colore viride imbuitur. *Part. const. praev.* Principium amarum et adstringens, Amygdalinum (?) Vis: narcotica, nervorum actionem deprimens.

CORTEX RADICIS RATANHIAE. Ratanhiawurzel-Rinde.

Krameria triandra Ruiz et Pavon ex Tetrandria Monogynia Linn. et familia Krameriacearum. Planta perennis Americae meridionalis (Peru et Brasiliae).

Corticis segmenta prostant parum convoluta, flexuosa, fibrosa, $\frac{1}{4}$—$\frac{3}{4}$ lineam crassa, fuso-rubra, opaca, plus minus rugosa, vel e radicibus tenuioribus resumta, laevia intus rubro-violacea, superficie interna laevi seu subfissili cinnamomea. Cortex inodorus sapore est per adstringente, amaro. *Part. const. praev.* Principium adstringens. Vis: tonica, secretiones cohibens.

CORTEX RHAMNI FRANGULAE. Faulbaum-Rinde.

Syn. Cortex Frangulae. Cortex Alni nigrae. Hundsbaum-Rinde.

Rhamnus frangula L. e Pentandria Monogynia Linn. et familia Rhamnearum. Frutex vel arbor Europae.

Cortex epidermide cano-fusca, partim punctis albidis maculata, interne colore flavo, viridescente, odore foetido, sapore amariusculo, subacri, gutturali, masticantis salivam luteo tingens; e ramis mediocribus sumendus. *Part. const. praev.* Principium volatile et adstringens, Pigmentum (Rhamno-Xanthinum). Vis: purgans.

CORTEX SAMBUCI INTERIOR. Innere Flieder- oder Holder-Rinde.

Sambucus niger L. vide supra Baccae Sambuci.

Cortex verno tempore e ramis vetustioribus colligendus, epidermide tenue, viride vel albide grisea vel fusca, tuberculis (vel lichenibus) passim obsessa, superficie interna laevi viride.

Cortex recens odore nauseoso ingrato et sapore simili dulciusculo, acerbo; infusum aquosum ferro muriatico oxydato parum viridescit et turbatur. *Part. const. praev.* Principium extractivum purgans, oleum aethereum (?) Vis: purgans.

FLORES BRAYERAE ANTHELMINTICAE seu Kousso. Wurmwidrige Brayera. Kousso.

Brayera anthelmintica Kunth. e *Dodecandria Digynia Linn.* et familia Rosacearum; arbor Abyssiniae.

Flores parvi dioici bracteis rotundatis, calyce exteriore turbinato quinquelobato, lobis lanceolatis-ovatis, subrubris, calyce interiore, minore, corolla subflava, lobis quinque squamosis; flores

masculi staminibus numerosis, feminei pistillis duobus, stylo retrorso piloso, stigmate capitato.

Prostant in commercio flores flavo-rubri cum pedunculis ramosis, paniculam formantibus, pilosis, bracteatis; flores et pedunculi partim diffracti, odore proprio aromatico, sapore adstringente, postea amaro. *Part. const. praev.* Resina amara, acidum gallicum et Cosseinum (?) **Vis:** anthelmintica.

FLORES CASSIAE seu CINNAMOMI. Cassia- oder Zimmt-Blüthen.

Cinnamomum Loureirii Nees ab Escub. ex *Enneandria Monogynia Linn.* et familia Laurinearum; arbor Cochinchinae.

Fructus immaturi forma clavis minoris, cuneiforme-rotundati, rubro-vel obscure fusci, capitulo subcomplanato, piperis magnitudine, odore et sapore aromatico, cinnamomeo, sed minus grato. *Part. const. praev.* Oleum aethereum. **Vis:** anaeleptica, calefaciens, stomachica.

FLORES FARFARAE seu TUSSILAGIUS. Huflattigblüthen.

Tussilago Farfara L. e Syngenesia Polygamia superflua Linnaei et familia Compositearum, trib. Eupatoriacearum. Planta perennis Germaniae.

Flores solitarii penduli, aurei, involucro uniseriale, squamis basi aucto, corollis radii femineis pluriserialibus, ligulatis, integris, disci hermaphroditis, tubulosis, quinque-fidis: receptaculo nudo, achaeniis pappo in floribus disci uniseriale, in marginalibus pluriseriale, piloso. Odor florum recentium dulciusculus, siccatorum fere nullus, sapore mucilaginoso, subsalso et amariusculo. *Part. const. praev.* Mucilago. **Vis:** demulcens, pectoralis.

FLORES MALVAE SILVESTRIS seu VULGARIS. Roßpappeln. Wilde Pappelblumen.

Malva silvestris L. e Monadelphia Polyandria Linnaei et familia Malvacearum. Planta perennis Germaniae in ruderatis frequens.

Flores fasciculati, unius pollicis fere longitudine, calyce duplici, interiori longiori companulato, quinquefido, segmentis acutis, exteriori triphyllo; corolla malvacea, pallide purpurea, striis violaceis percursa, pentapetala, siccata coerulescente; inodori fere insipidi, mucilaginosi. *Part. const. praev.* Mucilago. **Vis:** demulcens, emolliens.

FLORES PERSICORUM. Pfirsichblüthen.

Persica vulgaris Dec. ex Icosandria Monogynia Linnaei et familia Amygdalearum; arbor orientalis, nobis culta.

Flores amoeni rubri, calyce campanulato, limbo quniquefido, corolla quinquepetala, petalis ovatis, obtusis, odore grate aromatico, amygdalino, siccando partim evanescente, sapore amariusculo.

Flores verno tempore ante anthesin cum calycibus colligendi, celeriter siccandi et in vasis bene clausis servandi sunt. *Part. const. praev.* non satis cognitae. Vis: cathartica.

FLORES STOECHADIS CITRINAE. Sandruhrkrautblumen. Sandgoldblumen. Gelbes Katzenpfötchen.

Helichrysum arenarium Dec. e Syngenesia Polygamia superflua Linnaei et familia Compositearum, trib. Senecioidearum. Planta herbacea Germaniae in locis arenosis.

Flores compositi, capitulum parvum formantes, citrini vel aurantiaci, involucro imbricato, squamis scariosis coloratis, corollis radii uniserialibus, tenuissime tubulosis, tridentatis, femineis vel deficientibus, disci hermaphroditis, tubulosis, quinquelobis; receptaculo plano epaleaceo, achaeniis pappo uniseriale. Flores odorem aromaticum, ingratum spargentes, saporem habent amarum, subaromaticum. *Part. const. praev.* Principium amarum et oleum aethereum. Vis: diuretica.

FOLIA BUCCO seu BUCCU. Bucco-Blätter.

Syn. Folia Diosmae crenatae.

Barosma crenata K. e Pentandria Monogynia Linaei et familia Diosmearum. Frutex Promontorii Bonae Spei.

Folia 1—1½ pollicaria, 2—5 lineas lata, ovato-lanceolata vel obovata, obtuse glanduloso serrulata, pallide viridia, subtus glandulis elevatis fuscescentibus punctata, subcoriacea; odore forte aromatico, haud ingrato, cuminino, sapore aromatico, menthaceo. *Part. const. praev.* Oleum aethereum. Vis: diuretica, anthartritica.

Admixtio foliorum Barosmae serratifoliae W. ob vim aequalem nullius momenti est. Folia angustiora, longiora, lineari-lanceolata, acutiora et subtiliora, serrata, tubtus glandulis minoribus.

FOLIA ILICIS AQUIFOLIAE. Stechpalmblätter.

Ilex aquifolium Linn. e Tetrandria Tetragynia Linnaei et familia Aquifoliacearum. Frutex vel arbor Europae.

Folia breviter petiolata, ovata, acuta, nitida, rigida, coriacea, undulata, dentibus et apice spinosa, superne saturate viridia, sub-

tus pallidiora, fere inodora, sapore adstringente, ingrato, amariusculo. *Part. const. prav.* Principium axtractivum amarum (Ilicinum.) Vis: antifebrilis.

FOLIA JUGLANDIS. Wallnußblätter.

Juglans regia Linn. e Monoecia Polyandria Linnaei et familia Juglandearum. Arbor Persiae, apud nos culta.

Folia magna, impari-pinnata, pinnis septem ad novem, oblongo-ovalibus, glabris, subserratis, subaequalibus, firmis; odore peculiari, haud ingrato, sapore nausesso aeri. *Part. const. praev.* Principium extractivum amarum et aere. Vis: antiscrophulosa.

FOLIA ET SUMMITATES TAXI BACCATI. Eibenbaumblätter. Taxusblätter.

Taxus baccata L. e Dioecia Monadelphia Linnaei et familia Coniferarum, trib. Taxinearum. Arbor Europae meridionalis.

Folia sempervirentia, disticha, breviter petiolata, linearia, ovata, glabra, fere unum pollicem longa atque unam ad sesqui lineas lata, utrinque viridia, inodora, sapore acerbo et amaro.

Amenta axillaria, mascula basi involucro imbricato fulta, antheris ebracteatis, rachcolae peltatim affixis, 3—8 lobis, subtus loculis totidem dehiscentibus, feminea gemmiformia, uniflora involucrata. *Part. const. praev.* Principium amarum et adstringens, oleum aethereum. Vis: adstringens, excitans, narcotica (?)

FOLIA VITIS VINIFERI. Weintraubenblätter.

Vitis vinifera Linn. e Pentandria Monogynia Linn. et familia Ampelidearum; planta nota.

Folia magna, longe petiolata, sinnato-sub 5 loba, dentato-serrata, forma multiplici variabili, subglabra, laete viridia, inodora, sapore acido-austero. *Part. const. praev.* Acidum tartaricum et malicum (et Principium adstringens.) Vis: adstringens.

FOLLICULI SENNAE. Sennesbälglein.

Cassia lanceolata Forskal et aliae Cassiae species e *Decandria Monogynia Linn.* et familia Cassiearum. Frutices in Aegypto, Arabia et Nubia indigeni.

Legumina ovalia, subarcuata, membranacea, plano-compressa, sesqui ad duos pollices longa, $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$ pollicem lata, glabra, extus sordide viridia, vel fusca, intus albido nitentia, medio semina 6—10 spathulata, emarginata, albida, rugosa includentia. Odor leguminum gravis, ingratus, peculiaris, sapor ingratus subdulcis, dein

amaricosus et mucilaginosus. *Part. const. praev.* Principium proprium extractivum, non satis notum. Vis: laxans.

FORMICAE. Ameisen.

Formica rufa L. Insectum hymenopterum e familia Formicarum.

Insecta e rufo-nigricantia, thorace glabro, ferrugineo, abdomine rubro-nigro. Nonnisi viventia et abquisquiliis mundata adhibeantur. *Part. const. praev.* Acidum formicarum, oleum aethereum et pingue. Usus: ad parandum spiritum formicarum.

FRUCTUS MORORUM. Maulbeeren.

Morus nigra Linn. e Monoecia Tetrandria Linnaei et familia Urticearum. Arbor in Europa culta et Persia oriunda.

Fructus recentes ovati, baccam spuriam compositam formantes, nigri, succo atro purpureo dulci repleti. *Part. const. praev.* Principium colorans et Acidum tartaricum. Vis: refrigerans.

FRUCTUS RUBI FRUCTICOSI. Brombeeren.

Syn. Mora Rubi.

Rubus fruticosus Linn. ex Icosandria Polygynia Linnaei et familia Rosacearum; frutex in Europae sylvis frequens.

Fructus recentes baccati compositi, subglobosi, nigri, succo saturate purpureo replcti, inodori, sapore grato dulciusculo-acido. *Part. const. praev.* Principium colorans, Saccharum et Acidum malicum. Vis: refrigerans.

FRUCTUS RUBI IDAEI. Himbeeren.

Rubus Idaeus Linn. ex eadem cum praecedente classe, ordine et familia. Frutex Germaniae, in hortis culta.

Fructus recentes baccati, compositi, subglobosi, rubentes, succo subacidulo grato, odore suavissimo. *Part. const. praev.* Principium rubrum colorans, Saccharum et Acidum citricum et malicum. Vis: refrigerans.

FULIGO SPLENDENS. Glanzruß.

Productum combustionis imperfectae materiarum organicarum.

Massa compacta, nigra, splendens, friabilis, odore bituminoso et sapore ingrato, salso, empyreumatico. Ex parte inferiori fumarii recipienda est. *Part. const. praev.* Resina empyreumatica acida, (Pyretin) Carboneum, Huminum (Asbolinum). Vis: irritans, diaphoretica.

GYPSUM. Gyps. $CaO + SO^3 + {}_2HO$.

Syn. Calcaria sulphurica nativa. Schwefelsaurer Kalk.

Invenitur haud raro crystallisatum columnis oblique rectangularibus ac formis multifariam inde derivandis, aut in massis non crystallisatis aut amorphis, structura lamellosa, granulosa, fibrosa, colore albo, nitore vitreo, duritie spathi calcarei minore, pond. spec. 2,2—2,4. In aqua difficillime solubile, cum acidis non effervescens, carbone mixtum et calcinatum in calcium sulphuratum mutatur. ***Part. const.*** Calcariae 1 pond. mixt., Acidi sulphurici 1 pond. mixt. et aquae 2 pond. mixt.

HERBA CALENDULAE. Ringelkraut.

Calendula officinalis L. e Syngenesia Polygamia necessaria Linnaei et familia Compositearum, trib. Calendulacearum. Planta annua Europae meridionalis, nobis hortensis.

Herba florens, foliis alternis oblongis, basi attenuatis, amplexicaulibus, obtusis, subdenticulatis, scabris, floribus compositis, flavis vel aurantiacis (descriptio earum in Pharmacop. badensi pag. 18) odore gravi. Colligenda ante florum evolutionem. ***Part. const. praev.*** Principium amarum, non satis cognitum. **Vis:** vulneraria, consolidans.

HERBA CARDUI NUTANTIS. Ueberhängendes Distelkraut. Bisamdistelkraut.

Carduus nutans L. e Syngenesia Polygamia aequalis Linn. et familia Compositarum, trib. Carduinearum.

Folia cum floribus colligenda supra glabriuscula, subtus in venis villosa, profunde pinnati-fida, pinnis ovatis, subpalmato-trifidis dentatisque, spinuloso-ciliatis. Capitula subrotunda, solitaria, nutantia, involucri phylla intermedia supra basin ovatam constricta, supra stricturam lanceolata, in spinam validam acuminata; flores moschum subredolentes. ***Part. const. praev.*** non satis notae. **Vis:** tonica.

HERBA CHAEROPHYLLI SYLVESTRIS. Kälberkropfkraut.

Chaerophyllum sylvestre L. e Pentandria Digynia Linnaei et familia Umbelliferarum. Planta biennis ad sepes in Germania frequens.

Folia supra decomposita ad basin pilosiuscula, laciniis lanceolatis acutis, margine et nervis scabris. Herba recens imprimis tritu, odorem spirat peculiarem ingratum, cum sapore acriusculo, salso et amaricanti. Sumatur altero annuo ante florescentiam.

Cave ne commutes cum Conio maculato. *Part. const. praev.* non satis cognitae. Vis: anticancrosa, antisyphilitica.

HERBA FARFARAE seu Tussilaginis. Huflattigkraut.

Tussilago farfara Linn. vide supra flores Farfarae.

Folia longa petiolata, magna, cordato ovata, angulata, sinuato-denticulata, supra laete viridia, glabra, subtus alba, tomentosa, inodora, sapore mucilaginoso, subadstringente, amariusculo. *Part. const. praev.* Mucilago et Principium extractivum amarum. Vis: demulcens, expectorans.

HERBA LOBELIAE INFLATAE. Lobelienkraut.

Lobelia inflata Linn. e Pentandria Monogynia Linnaei et familia Lobeliacearum. Planta annua Virginiae et Canadae.

Folia breviter petiolata, unius pollicis et ultra longitudine, inferiora ovalia oblonga, superiora ovata, margine undulata et irregulariter dentata, rugosa, glabriuscula, subtus pilosula, fere inodora, sapore gradatim acriter pungenti. Prostat herba siccata diffractacum stipitibus. *Part. const. praev.* Lobelinum. Vis: vasa serosa irritans, antiasthmatica.

HERBA LYCOPODII seu MUSCI CLAVATI. Bärlappkraut.

Lycopodium clavatum L. e Cryptogamia, ordine filicum Linnaei et familia Lycopodiacearum. Planta perennis indigena in silvis siccis ericetosis frequens.

Prostat tota planta caule repente cum ramis adscendentibus terete, foliis linearibus, enerviis, setigeris, rigidis, patulis, laete viridibus, pedunculis distychis, bracteis ovatis, acuminatis, eroso-denticulatis. Herba fere inodora, sapore dulciusculo, dein subamaro. *Part. const. praev.* non satis notae. Vis: cathartica (?)

HERBA MATICO seu MATICAE. Maticokraut.

Piper asperifolium Ruiz et Pavon (?) e Triandria Monogynia Linnaei et familia Piperacearum. Planta peruviana.

Folia alterna, cordata, longa, reticulato-venosa, nervis striata, subtus molliter pilosa trita odorem aromaticum, menthaceum et saporem subamarum et subacrem, atque non stypticum exhibent. Infusum aquosum lutescens et fere insipidum est. Folia in pulverem grossum redacta externe adhibentur. *Part. const. praev.* Principium adstringens. Vis: styptica.

HERBA SOLANI NIGRI. Schwarzes Nachtschattenkraut.

Solanum nigrum L. e Pentandria Monogynia Linnaei et familia Solanearum. Planta annua vulgaris.

Folia mediocria, petiolata, late ovata, basi attenuata, repanda, obtuse anguloso et inaequaliter dentata, passim integerrima, glabra vel plus minus villosula, polymorpha; recentia odore nauseoso-narcotico, siccata fere inodora, sapore nauseoso, subsalso, amariusculo subacri. *Part. const. praev.* Solaninum. Vis: cephalica, narcotica.

HERBA SOLIDAGINIS VIRGAUREAE. Heidnisch Wundkraut. Gülden Wundkraut. Gemeine Goldruthe.

Solidago Virga Aurea L. e Syngenesia Polygamia superflua Linnaei et familia Compositarum trib. Asteroidearum. Planta perennis Europae. Herba cum Summitatibus colligenda; folia speciosa, oblongo-lanceolata, acuta, inferiora in petiolum attenuata, remote serrata, superiora sessilia, partim integerrima, omnia margine aspera, utrinque breviter pilosa vel glabriuscula, superne saturate viridia, subtus paullo pollidiora.

Flores mediocres, dense ramosi, in paniculam terminalem foliosam digesti, flosculis aureis. Herba odore proprio debili aromatico, haud ingrato, sapore statim subsalso, postea nauseoso-acri gutturali, amariusculo. *Part. const. praev.* Principium proprium acre et adstringens. Vis: diuretica.

Cave confundas cum Herba Senecionis ovati et sarracenici, quarum folia multo cartilaginoso-dentata et crassiora, fere coriacea, sapore subsalso et subamaro, sed non acri, flores corymbosi duplo majores, radiis longioribus.

HERBA SPIGELIAE ANTHELMIAE. Wurmtreibendes Spigelienkraut. Brasilianische Spigelia.

Spigelia anthelmia L. e Pentantria Monogynia Linnaei e familia Spigeliacearum. Planta annua Brasiliae.

Caules herbacei ramosi, foliis sessilibus, oblongis, acuminatis, basi attenuatis, summis quaternis, sub asperis, 2—7 pollices longis et 1—2 pollices latis, obscure viridibus, superficie inferiore glaucis, fere inodoris, sapore amariusculo. *Part. const. praev.* Principium proprium extractivum amarum. Vis: anthelmintica, majori dosi narcotica, venenata.

HERBA SPILANTHES OLERACEAE cum FLORIBUS. Paragresse.

Spilanthes oleracea Jacquin e Syngenesia Polygamia superflua

Linnaei et familia Compositarum, trib. Senecioidearum. Planta annua Indiae occidentalis, apud nos in hortis culta.

Folia opposita, longe petiolata, ovali cordata, glabra, minutim serrata, trinervia.

Capitula solitaria apice caulis, floribus disci copiosis flavis, radii nullis, receptaculo conico. Herba odore proprio ingrato et sapore peracri, mordaci, salivam ciente. *Part. const. praev.* Oleum aethereum acre (et resina acris?) Vis: antiodontalgica, antiscorbutica.

HERBA THUJAE OCCIDENTALIS seu ARBORIS VITAE. Lebensbaumkraut.

Thuja occidentalis L. e Monoecia Monadelphia Linnai et familia Coniferarum, trib. Cupressinearum. Arbor Americae borealis, nobis culta.

Rami horizontales, multifidi, compressi, ancipites, foliis laete viridibus ovatis, junioribus arcte 4 fariam imbricatis, adultioribus remotiusculis, dorso glandula impressis, pericarpiis strobili truncatis, infra apicem umbonatis; odore ingrate aromatico, camphorato, sapore simili atque acri. *Part. const. praev.* Oleum aethereum et principium adstringens. Vis: diaphoretica, diuretica.

HYRACEUM CAPENSE. Hyraceum. Dasjespis.

Hyrax capensis L. e classe Mammalium, ordine Multungulorum et familia Lamnungiorum, montes rupestres Promontorii bonae spei incolens.

Hyraceum, quod ab initio nonnulli excrementum, alii sedimentum urinae habebant, nunc urina exsiccata putatur.

Est massa dura, nigro-fusca, succo liquiritiae vel Opio consistentiae mollioris aemulans, sensim, si flectitur, paulum tractabilis, cultro consecatur, inter digitos tricata parum emollescens, setis et pilis brevibus intermixta. Hyraceum est odore urinoso, castorino, sapore amaro, subadstringente, masticatum mollescit, simulque dentibus adhaeret et postea ore solvitur. In Alcohole forte et Aethere vix, in Spiritu vini diluto maxima ex parte solubilis, acida affusa acidum carbonicum, Kali causticum gas Ammoniacum emittunt. *Part. const. praev.* Oleum aethereum, principium extractivum, acidum benzoicum, hippuricum, uricum, melanicum et Urea. Vis: antispasmodica.

LAPIS CALAMINARIS. Galmei.

Minerale in metallifodinis Silesiae, Angliae aliisque reperiundum.

Substantia lapidea, dura, grisea, flavescens aut fusca, fractura terrea, e zincooxydato et acido carbonico constans, quibus fere sem-

per admixtae sunt centesimae aliquod ferri et mangani oxydati, atque aluminae.

LAPIS HAEMATITIS. Blutstein. Rother Glaskopf.

Massas exhibet globosas, reniformes, racemosas, stalactoideas, amorphas, opacas vel paulum splendentes, structura, fibrosa radiata, colore fusco-rubro, modice duras, facile autem in pulverem fusco-rubrum redigi potest. Pont. spec. 4,7—5,3. *Part. const. praev.* Ferrum oxydatum fuscum (Fe^2O^3) passim cum paullulo Mangani oxydati, Siliciae et Calcariae mixtum. Reperitur in montibus primitivis et transitivis, magnopere dispersa.

LUPULINA. Hopfenmehl.

Humulus Lupulus L. e Dioecia Pendtandria Linnaei et familia Urticearum. Planta scandens Europae australis et meridionalis. Paratur ex strobulis Lupuli temperatura + 30° C. siccatis quassatione in sacculo linteo vel in cribro et pulvis alienus excertione separatur.

Sint granula flava, resinosa, flammabilia, digitis trita pulverem parum cohaerentem, sed digitis adhaerentem praebentia, odore grato aromatico, sapore aromatico amaro, partim in aqua, partim in alcohole solubilia. *Part. const. praev.* Resina amara. Extractum amarum et oleum aethereum. Vis: stomachica.

MEDULLA BOVIS. Ochsenmark.

Bos Taurus Linn. animal domesticum e classe Mammalium, ordine Bisulcorum.

Medulla cruda ossium Bovis liquatione calore lenissimo et transitione per linteum a cuticulis cellulosis liberata.

Sit odoris rancidi plane expers.

Paretur, quantum fieri potest, ex tempore.

OLEUM EMPYREUMATICUM E LIGNO FOSSILI.
Braunkohlenöl.

Paratur destillatione sicca ligni fossilis et rectificatione olei a liquore pyro-acetico simul prodeunte separati.

Oleum tenue, decolor, tempore colorem fuscum induens, odore empyreumatico-penetrante. *Part. const. praev.* Kreosotum et Paraffinum. Vis: antiarthritica.

OLEUM PAPAVERIS. Mohnöl. Magsamenöl.

Paratur apud nos e seminibus Papaveris somniferi Linn. expressione.

Oleum unguinosum, flavescens, pellucidum, odoris expers, sapore dulci. Pond. spec. 0,929. Aëris aditu facile exsiccatur, in frigore vix congelat.

Cave ne fulvum et rancidum sit, quod colore, odore saporeque detegitur. Inquinatio cum acido sulphurico reactione acida aquae cum oleo quassatae et plumbum oxydatum solutum quassatione olei cum acido acetico vel acido nitrico diluto et immisso acido hydrothionico praecipitato nigro agnoscitur.

RADIX ALCANNAE. Alkannawurzel.

Syn. Radix Alcannae spuriae.

Anchusa tinctoria L. e Pentandria Monogynia Linnaei et familie Borraginearum. Planta Europae meridionalis et australis.

Rhizoma multiceps cylindrium, ramosum, 1—2 pollices longum, calami scriptorii vel digiti ambitu, tenue, fibrillosum, pilis albidis, nitentibus obsitum, et caulibus foliisque comatum, epidermide violacea vel obscure rubra, cortice facile secedente colore obscure rubro, ligno crasso pallidiore. Radix inodora sapore mucilaginoso, subadstringente, masticando salivam colore rubro tingens. *Part. const. praev.* Principium rubrum tingens resinosum. Usus: pharmaceuticus.

RADIX ASARI. Haselwurzel.

Asarum europaeum L. e Dodecandria Monogynia Linn. et familia Aristoloibicarum. Planta perennis silvarum Europae borealis.

Radix mense Augusto cum foliis colligenda, brevis quadrangularis, articulata, calmi secalini vix crassiore, striis longitudinalibus pagina inferiore passim fibris filiformibus obsessa, epidermide fusca; transversim secta radix partem ostendit corticalem interne albidam et partem centralem lignosam albidam. Asarum est odore gravi omnino peculiari, aromatico, camphorato, vel piperato; pulvis naribus allatus sternutationem excitat, sapore acri, amaro et nauseoso. *Part. const. praev.* Camphora propria et Principium amarum. Vis: emetica, purgans.

RADIX BISTORTAE. Natterknöderig-Wurzel.

Syn. Radix Colubrinae.

Polygonum Bistorta Linn. ex Octandria Trigynia Linnaei et familia Polygonearum. Planta perennis in pratis humidis Germaniae.

Rhizoma sub tuberosum rotundum, vel partim plano-compressum, flexuoso-curvatum, arcuatum et annulatum, digiti vel pollicis crassitie, 2—4 pollices longum, fibras emittens longas et obscure fuscas; epidermide nigro-fusca, nodosa et rugosa. Post transversim

rhizomatis sectionem pars corticosa apparet nigro-fusca, includens partem centralem multo ampliorem, rubram, solidam vel carnosam, punctis nigris praeditam. Radix dura est, ponderosa, fere inodora, sapore valde adstringente. *Part. const. praev.* Principium adstringens et Amylum. Vis: tonica, secretiones cohibens.

RADIX CHINAE ORIENTALIS seu PONDEROSA. Chinawurzel.

Smilax China L. e Dioecia Hexandria Linnaei et familia Asparaginearum. Planta sarmentosa Japoniae et Chinae.

Radix vel potuis caudex subterraneus tuberosus, fibris expers, 3—8 pollicaris et 1—2 pollices crassus, hinc inde a cortice fusco tenui, arcte adhaerente, liberatus: intus pallide carneus, lignosus ponderosus; inodorus, sapore fatus, amariusculo, subirritante. *Part. const. prav.* Amylum, Gummi et Principium rubrum extractivum. Vis: antisiphylitica.

Cave confundas cum radice Smilacis Pseudo-Chinae, China americana dicta, leviore, pallidiore, rubro-griseo colore, structura spongiosa, sed non cornea.

RADIX CONSOLIDAE MAJORIS. Schwarzwurzel.

Symphytum officinale L. e Pentandria Monogynia Linnaei et familia Borraginearum. Planta perennis locis humidis Germaniae.

Radix autumno colligenda, fusiformi-ramosa, digitum ad pollicem crassa, pedalis et longior, recenter epidermide nigra, intus alba, carnosa et succulenta, siccata externe rugosa, nigra, intus pallida, cornea; fere inodora, sapore subadstringente, mucilagineo. *Part. const. praev.* Mucilago et Amylum. Vis: demulcens, pectoralis.

RADIX CURCUMAE LONGAE. Kurkumawurzel. Gilbwurzel.

Curcuma longa L. e Monandria Monogynia Linnaei et familia Scitaminearum. Planta perennis in India orientali sponte nascens, nec non culta.

Radix cylindrica aut oblonga, nodosa, tuberculata, rugosa, digiti minimi magnitudine, ponderosa, tenax, extus e luteo fusca, intus intense flava, punctis nitidis conspicua, odore aromatico, Zedoaria simili, sapore amaro et aromatico, masticata salivam colore luteo tingens, aeque aquam et spiritum vini. *Part. const. praev.* Curcuminum (Principium tingens?) Amylum et oleum aethereum. Usus: pharmaceuticus et chemicus ad indaganda alcalia.

RADIX IMPERATORIAE seu OSTRUTHII. Meisterwurzel.

Imperatoria Ostruthium L. e Pentandria Digynia Linnaei et familia Umbelliferarum. Planta parennis montana Germaniae australis.

Radix elongata, nodoso-annulata, compressa, 4 — 8 pollices longa, digiti vel pollicis crassitie, extus e luteo-nigrescens, intus albida, folliculis sub epidermide conspicua, odoris gravis, saporis ex acri aromatici. Colligenda sero autumno aut vere. *Part. const. praev.* Imperatorinum et oleum aethereum. Vis: antileprosa, mulomedicis notissima.

RADIX PAEONIAE. Päonien- oder Gichtrosenwurzel.

Paeonia officinalis Linn. e Polyandria Digynia Linnaei et familia Ranunculacearum. Planta perennis alpestris meridionalis Europae.

Radix tuberosa, solida, tuberis subglobosis oblongis, subcylyndricis; crassitie digiti minoris ad pollicis usque, extus e rubro fusca, intus albida; recens odore forti, ingrato aromatico. Siccata radix inodora, sapore fatuo amaricante; plerumque glupta et longitudinaliter dissecta prostat. Colligatur vere. *Part. const. praev.* Amylum, Saccharum et materia adiposa. Vis: antiepileptica.

RADIX PAREIRAE BRAVAE. Amerikanische Grieswurzel.

Cissampelos Pareira Lamarck. e Dioecia Monadelphia Linnaei et familia Menispermearum. Frutex scandens Americae meridionalis et Indiae occidentalis.

Prostat radix siccata in segmentis cylindricis, digitum ad brachium crassis, 2—3 et plures pedes longis, sub-flexuosis, sulcatis et verrucosis, cortice tenue, sordide fusco, arcte adhaerente, intus griseo-flavescentibus, structura liguosa et porosa. Radix inodora est sapore primo subirritante dulciusculo, demum nauseoso-amaro. *Part. const. praev.* Pelosinum et Amylum. Vis: solvens, (?) diuretica.

RADIX PETROSELINI. Petersilienwurzel.

Petroselinum sativum Hoffm., Apium Petroselinum L. e Pentandria Digynia Linnaei et familia Umbelliferarum. Planta perennis Europae meridionalis, nobis hortensis.

Radix fusiformis, partim ramosa, digitum et ultra crassa,

1—1 ½ pedes longa, recens superne annulata, inferne glabriuscula, siccata rugosa, externe cinereo-flavescens, intus alba carnoso-farinosa; recens odore et sapore proprio dulciusculo-aromatico, siccata odore et sapore debili, primo anno autumno colligenda. *Part. const. praev.* Oleum aethereum, Amylum et Saccharum. Vis: diurètica.

RADIX POLYPODII seu FILICULAE DULCIS. Engelsüßwurzel. Korallenwurzel.

Polypodium vulgare L. e Cryptogamia sectione filicum et familia Polypodiacearum. Planta perennis indigena, in silvis praesertim montium vulgaris.

Radix vel potius Caudex cylindricus, calami scriptorii ambitu, arcuatus, nodoso vel dentato-articulatus, multis squamis ferrugineis oblongis et paleaceis tectus, fibris capillaribus, nigris obsessus. Caudex externe fuscus vel fusco-ruber, interne luteo-viridis, odore proprio olei rancidi, sapore primo dulci, postea acriusculo et amaro. *Part. const. praev.* Principium extractivum dulce et oleum pingue. Vis: demulcens, expectorans.

Caudices effodiendi sub finem aestatis et remotis fibrillis paleisque non ultra annum serventur.

RADIX SUMBULI. Sumbulwurzel. Moschuswurzel.

Planta ignota e familia Umbelliferarum in India orientali, Persia et Bucharia indigena.

Prostat in frustis crassis plerumque orbicularibus, ex Buchara translatis, textura fibrosa, colore albido, extra magis sordide-albido, odore moschifero et sapore amaro-acri, resina inhaerente. *Part. const. praev.* Oleum aethereum, Resina aromatica, acidum sumbulamicum et sumbulolicum. Vis: nervina.

RESINA LACCAE IN GRANIS. Körnerlack.

Succus induratus Aleuritis lacciferae Willd., Ficus religiosae et indicae Linn., arborum Indiae orientalis punctura Cocci Lacci L., insecti hemipteri, effusus, ejusdem insecti pigmento imbutus.

Resina in frustulis parvis, e flavo-rubentibus, plerumque diaphanis, fractura splendidis, superficie opacis, pigmento rubro in aqua solubili mixta. *Part. const. praev.* Resina et pigmentum rubrum. Usus: ad parandam Tincturam Lacci.

SAL MARINUM. Meersalz. Seesalz.

Praeparatur evaporatione aquae marinae.

Crystalli sordide albi vel griseo-albi vel flavescentes, in aëre

humescentes, saporis salsi amariusculi, e natrio chlorato, magnesia et calcaria sulphurica, magnesio et calcio chlorato mixti.

SAL THERMARUM CAROLINARUM VERUM. Aechtes Carlsbader Salz.

Praeparatur in thermis Carolinis evaporatione aquae mineralis.

Sal aut in frustis crystallinis, aut pulverulentus, albus, fatiscens, saporis amaricantis salsi, in aqua facile solubis. Constat praecipue e Natro sulphurico, praeterea e Natro carbonico et Natrio chlorato. Vis: laxans. Exsiccatione salis crystallini sal siccum obtinetur.

SANDARACA. Sandarak.

Callitris quadrivalvis Vent. e Monoecia Monadelphia Linnaei et familia Coniferarum, trib. Cupressinarum; arbor Africae borealis.

Resina in granis subglobosis et oblongis, ex albido citrinis, superficie opaco, intus subpellucidis, friabilibus, masticatis non lentescentibus, odoris dum accendentur suavis, in spiritu vini rectificatissimo fere ex toto, in oleo terebinthinae ex parte solubilibus. *Part. const. praev.* Resina trium generum. Vis: balsamica.

SEMEN CARDUI MARIAE. Mariendistelsamen. Stichkorn.

Silybum marianum Gärt., Carduus marianus L. e familia Compositarum et ordine Syngenesia Polygamia aequalis Linnaei. Planta annua Europae meridionalis et Asiae.

Achaenia compressa, circiter 2 lineas longa et lineam lata, glabra, fusca, ex cinereo fusco variegata, nitentia, vix striata, pappo duplo longiori, albido nitente, setaceo piloso, deciduo praedita, inodora, sapore amariusculo, oleoso, acerbo. *Part. const. praev.* Principium extractivum amarum et oleum pingue. Vis: diuretica.

SEMEN CYNOSBATI. Hagenbuttensamen.

Rosa canina L. ex Icosandria Polygynia Linnaei et familia Rosacearum. Frutex aculeatus indigenus.

Semina angulosa, 1—2 lineas longa, lineam crassa, flavescentia, glabra dura, inodora et fere insipida. *Part. const. praev.* non satis cognitae. Vis: diuretica.

SEMEN FABARUM ALBARUM. Weiße Bohnen.

Phaseolus vulgaris et nanus Linn. e Diadelphia Decandria Linnaei et familia Papilionacearum. Planta annua in hortis culta, ex India oriunda.

Semina oblongo-ovata, compressa vel reniformia, alba, nitentia, inodora et sapore fatuo farinaceo. ***Part. const. praev.*** Amylum et Leguminum.

SUCCUS CITRI. Citronensaft.

Expressione e fructibus Citri medicae L. ex Polyadelphia Icosandria Linnaei et familia Hesperidearum in Europa meridionali paratur.

Liquor fere coloris expers vel flavescens, saporis et odoris grati acidi, acidum citricum maxima ex parte continens. Sit purus, aliis acidis non inquinatus, et saltem talis aciditatis, ut unciae tres sufficiant ad drachmam Kali carbonici puri neutralisandum. Si medici praescriptio jubet, succus e fructibus recentibus exprimatur.

PARS SECUNDA.

PRAEPARATA PHARMACEUTICA.

ACETONUM. Aceton.

Syn. Liquor pyro-aceticus.

Rec. Plumbi acetici crystallisati Partes trcs.
Calcariae ustac Partcm unam.

Mixta immitte in retortam ferream scu vitream ct destilla ad siccum. Acctonum erudum obtentum, si acidulum est, Kali earbonico satura et super calcium chloratum e balneo aquae bis rectifica.

Sit liquor coloris expers, limpidum, odorc penetrante et peculiari, sapore mordcnte, flamma splendcnte comburans, aqua, alcohole et aethere se miscens, pond. spec. 0,80, effervescens calore + 55,6. Cum jodio et liquorc kali caustici, non in excessu addito, jodoformium non pracbeat, quod addita aqua fervida rcfrigcrescendo in forma crystallorum citrinorum praecipitatur. ***Part. const.*** Carbonei 6 pond. mixt., Hydrogenei 6 pond. mixt. et Oxygenii 2 pond. mixt. ($C^6H^6O^2$.) Vis: antiphthisica.

ACETUM CAMPHORATUM. Campheressig.

Rec. Camphorae pulvcratae Drachmam dimidiam,
Gummi mimosae Drachmam,
Misce in mortario lapideo, sensim addendo.
Aceti vini Uncias quinque.
Paretur cx temporc.

ACETUM COLCHICI. Zeitlosenessig.

Rec. Bulborum Colchici recentium Uncias duas,
Aceti vini Libras duas.
Macerentur pcr triduum saepius agitando.
Liquori ab sedimento defuso adde

Spiritus vini rcctificati Unciam. Filtretur ct sit colatura Librarum duarum. Sit pellucens, e fusco-pallide flavum, odoris acidi, saporis amaro-acidi.

† ACETUM DIGITALIS. Fingerhutessig.

Rec. Herbae Digitalis purpureae siccatac et concisae Uncias duas.
Aceti vini Uncias sedecim.

Post macerationem per quatuor dies, subinde agitando, cola et filtra.

Sit colatura Unciarum sedecim.
Sit limpidum, e rubro pallide fuscum.

ACETUM PURUM. Reiner Essig.

Syn. Acetum dilutum loco Aceti destillati.

Rec. Acidi acetici diluti Partem unam,
Aquae destillatae Partes quinque
vel quantum requiritur, ut miscelae Unciae duae sufficiant ad Drachmam Kali carbonici puri perfecte saturandum.

ACIDUM ACETICUM AROMATICUM. Gewürzessigsäure.

Rec. Acidi acetici concentrati Uncias tres.
Olei Caryophyllorum,
— Lavandulae, singulorum Scrupulum dimidium,
— Citri,
— Cassiae cinnamomeae, singulorum Guttas decem.
Misce et post digestionem per biduum, saepius agitando, filtra et serva in vase bene clauso.

ACIDUM BORACICUM seu BORICUM. Borsäure. Boraxsäure.

Syn. Sal sedativum Hombergii. Hombergs Sedativsalz.

Rec. Boracis venetae pulveratae Uncias quatuor,
solve in
Aquae destillatae bullientis Unciis decem
et instilla solutioni adhuc calidae sub continua agitatione.
Acidi hydrochlorici concentrati Uncias duas semis
vel quantum requiritur, ut paullulum praevaleat. E liquore, per noctem loco frigido seposito, dein a crystallis inde ortis defuso, reliquum acidum evaporatione et crystallisatione elice. Crystallos collectos aqua bene elotos sicca et serva.

Refert crystallos lamellares, albos, nitoris margaritacei, tactu pingues, sub pellucidos, saporis levis, subamari, subacidi, in partibus viginti aquae et in alcoholis quinque solubiles, hujus flammam colore viride tingentes. Chartam exploratoriam coeruleam vix rubefaciat; solutio aquosa liquore barytae nitricae et argenti nitrici ne turbatur. *Part. const.* Acidum boricum (constans ex Bori 1 pond. mixt. et Oxygenii 3 pond. mixt.) 1 pond. mixt. et Aquae 3 pond. mixt. (BO^3+3HO.) Vis: sedativa.

† ACIDUM CHLORO-NITRICUM. Salpetersäure.

Synon. Aqua regis. Königswasser.

Rec. Acidi hydrochlorici concentrati Partes duas.
Acidi nitrici concentrati Partem unam
Misceantur.

Liquor flavus-fumans, odorem chlori exhalans. Vis: acris, valde causticus.

ACIDUM GALLICUM. Gallussäure.

Rec. Gallarum pulverisatarum quantum vis
Infundecum.

Aquae destillatae sufficiente quantitate. Colatura per menses aliquot aëri exponitur, removendo tempore mucorem productum et acidum impurum excretum coque cum octoduplo Aquae destillatae et cum ossium carbone depurato. Crystalli e liquore filtrato refrigerato-que excreti, si opus est, digestione cum ossium carbone iteratâ et crystallisatione depurandi.

Crystalli sunt prismatici rhombici vel aciculares, sericei, inodori, sapore acidulo adstringente, in 100 partibus aquae frigidae, in 5 partibus aquae fervidae, in alcohole facile et in aethere aegre solvuntur. Solutio aquosa aëre decomponitur, salibus oxydi ferri praecipitatum nigro-coeruleum gignit, sed solutione gelatinae animalis non praecipitatur. Temperatura + 115° C. acidum gallicum in acidum carbonicum et acidum pyrogallicum, sublimatum crystallinum exhibens, temperatura + 250° C. in acidum metagallicum transformatur. *Part. const.* Carbonei 14 pond. mixt., Hydrogenei 6 pond. mixt. et Oxygenii 10 pond. mixt. ($C^{14}H^{6}O^{10}$.) Vis: adstringens, tonica.

ACIDUM NITRICUM FUMANS. Rauchende Salpetersäure.

Synon. Spiritus Nitri fumans. Acidum nitroso-nitricum.

Rec. Kali nitrici depurati sicci Libras quatuor. 1440,
Retortae tubulatae amplae ingestis, affunde caute
Acidi sulphurici concentrati Libras tres. 1080

Juncturis bene clausis fiat destillatio apparatu ad parationem acidi nitrici puri descripto (vide Pharmacop. Badensem) igne sub finem ad incandescentiam usque retortae augendo. Destillatum servetur in vitro, epistomio vitreo bene clauso.

Acidum nitricum fumans est liquor aurantiacus fuscescens, vapores rutilantes, suffocantes aëri expositum exhalat, aqua admixta pauciori effervescens, et colorem primum olivaceum, dein coeruleum, denique majore aquae copia hyalinum induit. Pond. spec. 1,45—1,50. Vis: maxime caustica.

ACIDUM PHOSPHORICUM PURUM. Reine Phosphorsäure.

Rec. Acidi nitrici puri concentrati Uncias sex
Aquae destillatae Unciam unam.
Phosphori Unciam dimidiam.

In retorta vitrca satis ampla, excipulo leviter juncta, arena imposita calefiant, donec phosphorus perfecte solutus sit, acidum nitricum destillatum in retortam remittendo.

Solutionem patinae porcellaneae immissam calorc fortiore, sub finem aucto, expone instillando per vices, si opus erit, paullulum acidi nitrici, quamdiu vapores rutilantes enascuntur et acidum perfecte oxydatum evapora tamdium, donec vapores nitrici neque odore, neque ope bacilli vitrei, liquore ammonii caustici humectati, amplius prodantur. Residuum refrigeratum ea aquae destillatae quantitate dilue ut pondus totius fluidi sit Unciarum quindecim.

Si phosphorus arsenico inquinatus erat, impraegna fortiter acidum obtentum cum gase hydrosulphurato, sepone per aliquot dies et tunc balneo aquac (coctionem evitando) per quadrantem horae calefac, donec omne gas hydrosulphuratum expulsum sit. Praecipitatum ortum filtratione separa et, si opus erit, in vase porcellaneo tamdiu evapora, ut sit pondus specif. 1,08 vel 9° Beck. indicans. In vitro, epistomio vitreo clauso, serva.

Sit limpidum, coloris atque odoris expers, saporis acidi, haud ingrati, immisso gase hydrothionico neque statim, nec digestione per aliquot dies praecipitatum flavum neque fuscum emittat. Quatuor partibus aquae destillatac dilutum liquore argenti nitrici et barytae nitricae haud turbetur, instillato liquore plumbi nitrici praecipitatum edat, in acido nitrico iterum perfecte solubile. Solutioni hydrargyri bichlorati admixtum ne hydrargyrum chloratum, solutioni hydrargyri nitrici additum ne sedimentum ex ea nigricans praecipitat.

Cum cupro vel hydrargyro vivo calcfactum ne vapores nitrosos emittat. Neque ammonio caustico saturatum, neque cum spiritu vini rectificatissimi quadruplo commixtum turbetur; admixta kali vel calcariae causticae quantitate ad saturandum superflua ne gas ammoniacum emittat. ***Part. const.*** ct ***vis:*** vide Pharmacopoeam Badensem.

ACIDUM URICUM. Harnsäure.

Rec. Concrementorum serpentum quantum vis.

In pulverem redacta extrahe sufficiente quantitatae aquae,

postea alcoholis et denique acidi muriatici. Remanentem elotam, denuo pulveratam ingere in Liquorem Kali caustici diluti ad perfectam solutionem, cui acidum muriaticum instilla, donec praecipitatum non amplius appareat.

Pulvis est albus nitens (vel lamellae crystallinae) inodorus, in aqua frigida et fervida aegre solubils, alcohole et aethere non solvitur. Temperatura elevata acidum mutatur, acido nitrico superfusum et leni calore evaporatum massam relinquit, luteo-rubram, addito ammonio caustico assumens. *Part. const.* Carbonei 10 pond. mixt., Nitrogenii 4 pond. mixt., Hydrogenii 4 pond. mixt. et Oxygenii 6 pond. mixt. ($C^{10}N^4H^4O^6$).

ACIDUM VALERIANICUM. Valeriansäure. Baldriansäure.

Rec. Radicum Valerianae siccatarum et concisarum Libras quinque.

Retortae vitreae immissae sufficiente quantitate aquae, antea cum acidi sulphurici concentrati Drachmis tredecim mixtae, superfunduntur et excipulo adaptato destillentur Librae quindecim, quae seponantur, oleum valerianae simul cum aqua transiens separando.

Destillatum aquosum cum

Natri carbonici quantitate sufficiente perfecte saturetur; liquidum coquendo concentratum et filtratum leni calore in balneo vaporis evaporando et agitando ad perfectam siccitatem redigatur. Natrum valerianicum siccum tum pondere aequali aquae resolutum in retortam vitream ingere et ejus quinque partibus admisceatur.

Acidi sulphurici concentrati Partes quatuor

Aquae destillatae Partibus octo antea dilutae. Excipulo adjuncto caute destillent ex arenae balneo fere ad siccum. Destillatione peracta Acidum valerianicum oleosum destillato àquoso super natans lege artis separetur et in vitro clauso servetur. Destillatum aquosum remanens, acidum valerianicum solutum retinens, adhuc ad praeparationem salium valerianicorum adhibendum est.

Sit acidum olei instar, fluidum, coloris subflavi, saporis aeris, acidi, odoris peculiaris, forte valerianici. Temperatura 176° C. ebulliens, in 26 partibus aquae solubilis, commisceri potest cum quavis quantitate alcoholis absoluti.

Part. const. Carbonei pond. mixt. 10, Hydrogenii 9 et Oxygenii 3 cum aqua.

$\bar{V}a + 3HO$. **Vis:** antispasmodica.

† ACONITINUM. Aconitin.

Rec. Herbae Aconiti Napelli recenter pulveratae quantum vis.

Jngere pulverem in apparatum depulsorii et extrahe cum alcohole vini; Spiritum, extractione finita, in herba remanentem, aquam effundendo elicens. Liquori admisceatur semper agitando.

Calcariâ hydrata, donec fluidum colorem curcumae alcaliorum modo mutet.

Liquori, praecipitato seposito filtratione separato, adde.

Acidi sulphurici diluti eam quantitatem, ut reactio alcalina non disparuit, tum filtra denuo et elice destillatione alcoholis maximam copiam et remanentem, addita aqua, evaporatione caute expelle.

Residuum loco frigido sepone per aliquot dies, tum filtra et adde liquorem kali carbonici tamdiu praecipitatum non amplius oritur.

Cola, residuum ablue et inter chartam bibulam exprime et caute siccatum atque in pulverem redactum leni calore cum.

Alcoholis vini absoluti quantitate sufficiente et cum ossium carbone digere. E liquore colato, admixto paullulo aquae destillatae, evaporatione elice Aconitinum.

Pulvis est granulosus, griseo-albus, inodorus, sapore injucunde-amaro, postea acri gutturali, modico calore fundatur, aestui tubi ferruminatorii expositus sine residuo commburetur, aethere et alcohole facile solvitur.

In aqua difficile solvendum est, temperatura ordinaria 150 et ebullitionis 50 requirit partes. Solutio aquosa solutione kali bicarbonici non praecipitetur, tinctura jodi solutionem cum colore fusco, tinctura gallarum cum colore albido valde praecipitat et acido sulphurico concentrato ne tingatur.

Part. const. Carbonei 60 pond. mixt., Hydrogenii 47, Oxygenii 14, Nitrogenii 1 pond. mixt. $NC^{60}H^{47}O^{14}$. Vis: acris, inflammans, majori dosi omnino deleteria.

† AETHER PHOSPHORATUS. Phosphoräther.

Syn. Naphtha vitrioli phosphorata.

Rec. Phosphori in Spiritu vini rectificatissimi
liquati et conquassando granulati, Grana octo.
Aetheris sulphurici rectificati Unciam unam.

Saepius agitando seponantur per quatuor dies in vase clauso et post subsidentiam aetherem phosphoratum a phosphoro non soluto caute in lagenulas replendas optimeque muniendas defunde.

Sit liquor decolor, odoris praegnantis, aetheris et phosphori; aëri expositus emittat vapores alliescentes, noctu lucescentes.

† AETHER ZINCI. Zinkäther.

Syn. Solutio Zinci chlorati aetherea.

Rec. Zinci chlorati sicci Unciam dimidiam, 15.
Alcoholis absoluti Unciam unam, 30.
Aetheris sulpurici Uncias duas. 60.

Misce post aliquot dies decantha et in vitris bene obturatis serva. Vis: antispasmodica.

ALUMINA. Thonerde.

Syn. Argilla pura. Alumina hydrata.

Rec. Aluminis crudi quantum vis.
Solve in
Aquae destillatae fervidae Partibus viginti quatuor,
Solutioni admisce sub agitatione,
Liquorem kali carbonici,

donec hoc paullulum praevaleat. Praecipitatum bene edulcoratum, filtratione separatum solve in

Acidi hydrochlorici diluti quantitate sufficiente
et solutioni adde
Liquorem Ammonii caustici,

quamdiu praecipitatum non amplius oritur. Liquidum defunde et praecipitatum perfecte edulcoratum inter chartam bibulam exprime et sicca.

Pulvis est albus, odoris et saporis expers igne fortiore indurescens, aqua insolubilis, acido sulphurico et liquore kali caustici perfecte solvitur. *Part. const.* Aluminae 1 pond. mixt. et Aquae 1 pond. mixt. Al^2O^3+HO. Vis: exsiccans.

AMMONIUM BENZOICUM. Benzoesaures Ammoniak.

Rec. Acidi benzoici quantum vis.
Solve calefactione vase apto in
Liquoris Ammonii caustici quantitate sufficiente ad neutralisationem.

Crystallos post refrigerationem natos sicca inter chartam bibulam et serva in vitro bene clauso. Crystalli plumosi albidi, in aqua facillime solubiles, in aëre liquescentes et ammoniacum emittentes. Calefactione in tubulo vitreo gas ammoniacum et acidum benzoicum odoratur. *Part. const.* Ammonii 1 pond. mixt., Acidi benzoici 1 pond. mixt. et Aquae 1 pond. mixt. $NH^3+\overline{Bz}+HO$. Vis: incitans, resolvens, nervina, diaphoretica.

AMMONIUM JODATUM. Jodammonium.

Syn. Ammonium hydrojodicum.

Rec. Jodi puri Drachmas septem et dimidiam,

Immitte perpetua agitatione in

Ammonii hydrosulphurati quantitatem sufficientem (Drachmas viginti tres et dimidiam) ad perfectam de compositionem et sulphur regeneratum colorem griseum acceperat et liquor lacteus fit, tum calefac ad sedimentationem, separa filtratione sulphurem et elue optime aqua destillata.

Liquorem obtentum in balneo vaporis evapora agitando ad siccitatem perfectam et residuum statim serva in vitris minoribus bene clausis.

Pulvis est e flavescente albus, in aqua et spiritu vini facillime solubilis saporis ammonii muriatici similis. Solutio aquosa et valde diluta decocto amyli admixto acidoque nitrico aut aqua chlorata instillatis colorem coeruleum gignit, liquore platinae chloratae intense sanguineo tingatur et liquore argenti nitrici praebeat praecipitatum luteo-album, in liquore ammonii caustici non resolubile. *Part. const.* Ammonii 1 pond. mixt. et Jodi 1 pond. mixt. $NH^3 + JH$.

Vis: systema lymphaticum incitans, resolvens, in majori dosi acris.

AMMONIUM NITRICUM. Salpetersaures Ammoniak.

Syn. Nitrum flammans.

Rec. Ammonii carbonici quantum libet

Acidi nitrici puri diluti quantum ad perfectam neutralisationem requiritur. Filtra et leni calore evaporando in crystallos redige, in vitro bene clauso servandos.

Crystalli prismatici seu acuformes, in aëre liquescentes, in aqua facile solubiles, sapore acri, amaro. Kali causticum ammoniacum evolvitur, calefactione decomponuntur. Solutio aquosa liquore argenti nitrici ne turbetur. *Part. const.* Ammonii 1 pond. mixt., Acidi nitrici 1 pond. mixt. et aquae 1 pond. mixt.. NH^3+NO^5+HO.

Vis: anthiphlogistica.

AMMONIUM PHOSPHORICUM. Phosphorsaures Ammoniak.

Rec. Acidi phosphorici puri quantum vis

Liquoris ammonii caustici quantum satis ut paullulum praevaleat. Liquorem filtratum sepone ad crystallisationem. Crystallos inter chartam bibulam siccatos in vase bene clauso, serva.

Crystalli magni decolores in aëre fatiscentes, in aqua solubiles, Alcohole et Aethere non solvuntur.

Calefactione aquam et Ammonium emittunt et acidum phosphoricum relinquunt. *Part. const.* Ammonii 4 pond. mixt., Acidi phosphorici 1 pond. mixt. et Aquae 3 pond. mixt. $4NH^3+PO^5+3HO$.

AMMONIUM SULPHURICUM. Schwefelsaures Ammoniak.

Rec. Ammonii carbonici quantum vis,
Acidi sulphurici diluti quantum satis
ad saturationem perfectam.

Solutio per evaporationem in vase porcellaneo vel vitreo concentrata, in crystallos redigatur, qui sicci in vase clauso serventur.

Prismata format hyalina systematis rhombici, saporis acris salsi et amariusculi in aëre temperatura ordinaria paulum fatiscentes, calore aucto decomponuntur in aquam, Nitrogenium, Ammoniacum et acidum sulphurosum, denique salis una pars ávolat.

Solvuntur in aquae frigidae partibus duabus, fervidae una parte. *Part. const.* Ammonii 1 pond. mixt., Acidi sulphurici 1 pond. mixt. et aquae 2 pond. mixt. NH^3+SO^3+2HO. Vis: Systema nervosum irritans.

AMMONIUM URICUM. Harnsaures Ammoniak.

Rec. Liquoris Ammonii caustici quantum libet,
Acidi urici quantum solvitur
Solutionem filtratam in balneo mariae evapora ad perfectam siccitatem.

Pulvis est albus, levis, odoris et saporis expers, aqua frigida difficile, aqua fervida facilius solvitur, igne aucto deflagrat, residuum non relinquens. *Part. const.* Ammonii 1 pond. mixt., acidi urici 1 pond. mixt. et Aquae 1 pond. mixt. $NH^3+N^2C^8O^4+HO$.

†AMYLUM JODATUM. Jodstärke.

Rec. Jodi puri Grana sedecim
Solve terendo in
Spiritus vini rectificatissimi Drachmis tribus
et admisce
Amyli pulverati Uncias duas

Mixtum in mortario leniter calefacto teratur, donec spiritus evaporaverit, et in vitro bene clauso servetur.

Sit pulvis e nigro-violacens.

ANTIDOTUM ARSENICI FUCHSII. Fuchs Gegengift gegen Arsenik.

Rec. Liquoris ferri sulphurici oxydati Unciam unam
Aquae destillatae Uncias octo.
Terendo admisce
Magnesiae ustae Drachmas trcs.
Coquassando mixta dispensantur.

Vis ut Antidotum Arsenici et quam ob pracstantiam in officinis omnibus praesto esse dcbet.

AQUA ANISI. Anis-Wasser.

Paretur e Semine Anisi vulgaris uti aqua Foeniculi Pharm. Badens.

AQUA ANTIMIASMATICA KÖCHLINI. Köchlin's antimiasmatisches Wasser.

Syn. Liquor antimiasmaticus Bcisseri.

Rec. Liquoris Cupri ammoniato muriatici Drachmas duas.
Aquae destillatae Uncias viginti.
Misceantur.

AQUA AROMATICA. Aromatisches Wasser.

Syn. Aqua Embryonum.

Rec. Herbac Salviae Uncias octo,
— Menthae pipcritae,
— Rosis marini,
Florum Lavendulac, singulorum Uncias quatuor,
Scminis foeniculi,
Cassiae cinnamomcac, singulorum Uncias duas.
Concisis et contusis affundantur,
Spiritus vini rectificati Librae sex
Aquae communis Librae viginti.

Macera per horas viginti quatuor et destillando elicc libras duodecim. Serva in vasis bene obturatis.

Sit turbida, odorc forti aromatico.

AQUA ASAE FOETIDAE. Stinkasand-Wasser.

Rec. Asae foetidae Drachmas tres
Infundae aquae fontanae quantitate sufficicnte
et destillatione eliciantur Unciae scx.

Sit turbida, odore et sapore asae foetidae.

Vis: antispasmodica, antihystcrica.

AQUA AURANTIORUM CORTICUM. Pomeranzenschalen-Wasser.

Rec. Corticum Aurantiorum concisorum Libram unam
Aquae fontanae quantum satis,
Destillando elice Libras septem.

Lactescit et corticem Aurantii valde redolet; tempore odorem amittit.

Eodem modo paretur.

AQUA CALAMI AROMATICI. Calmuswasser.

AQUA CAMPHORAE. Campherwasser.

Rec. Camphorae pulveratae Drachmam unam
tere cum Spiritus vini rectificatissimi guttis sexaginta
gradatim adde
Aquae destillatae mensuram unam
filtra.

AQUA CARBONICA ACIDULA. Kohlensaures Wasser.

Syn. Aqua acidula. Aqua acido carbonico saturata. Eau gazeuse simple.

Rec. Gas acidi carbonici e Marmaro contuso cum Acido sulphurico diluto extricati, quantum libet.

Antliae pressoriae ope, doliolo aqua destillata ad marginem fere repleto adaptatae, copiam illius in aëre aperto aquae adhibitae volumen quinquies mensurantem, per vim penetrare fac: horis viginti quatuor praeter lapsis aquam in lagenas caute obturandas epistomiis resina liquida oblitis instructas immitte et loco frigido serva.

Vis: refrigerans, irritans, digestionem promovens.

AQUA CARBONICA ALCALINA. Kalihaltiges kohlensaures Wasser.

Syn. Aqua Carbonatis kalici puri. Eau alcaline gazeuse.

Rec. Kali carbonici puri Unciam unam,
Aquae purae Libras decem.

Sale in aqua dissoluto, torrentem Gasis acidi carbonici per liquorem transmitte.

Vis: irritans, digestionem promovens.

AQUA CARBONICA cum NATRO CARBONICO. Natronhaltiges kohlensaures Wasser.

Syn. Aqua Carbonatis natrici acidula.

Soda-Water Anglorum.

Rec. Natri carbonici Uncias duas.
Solve in
Aquae purae Libris decem.

Per solutionem transmitte gas acidum carbonicum e mixtura Cretae, acidi sulphurici, singulorum Unciarum trium et aquae trium librarum.

Ejus loco statim solvi possunt natri carbonici neutralis Drachmam et altera in aquae Selterae vel similis purae acidulae libra.

Vis: irritans, digestionem promovens.

AQUA CARBONICA FERRI ACIDULA. Eisenhaltiges kohlensaures Wasser.

Syn. Aqua chalybeata. Stahlwasser.

Rec. Limaturae ferri Unciam unam
Aquae acido carbonico saturatae Libram unam

Lagenam ad locum frigidum sepone et post horas viginti quatuor liquidi partem limpidum decantha et in lagenis optime obturandis immitte.

Etiam sequenti modo parari potest:

Rec. Ferri carbonici recens parati, adhuc humidi Partem dimidiam.
Aquae carbonici acidulae Partes sexaginta quatuor.

Lagenam bene obtura et aquam supra sentinam relinque quam sinecesse est, decantha.

Vis: tonica, nervina.

AQUA CASTOREI PHARM. WÜRTEMB. Bibergeilwasser nach der Würtembergischen Pharmacopoe.

Rec. Castorei moscowitici concisi Unciam unam,
Aquae communis quantum satis.

Destillando abstrahantur Librae duae.

AQUA CASTOREI RADEMACHERI. Rademacher's Bibergeil-Wasser.

Rec. Castorei conadensis concisi
Spiritus vini rectificatissimi, singulorum Uncias quatuor
Aquae communis quantum satis.

Post macerationem per horas duodecim destillatur e retorta Librae duae.

AQUA CITRI. Citronenschalen-Wasser.

Rec. Corticis fructus Citri recentis Libram unam,

Aquae communis quantum sufficit,
Destillando abstrahantur Librae duodecim.
Sit limpida.

AQUA COCCIONELLAE. Cochenill-Wasser.

Rec. Coccionellarum pulverisatarum Uncias quatuor,
Aquae fontanae quantum satis,
Destillando elice Uncias octodecim,
quibus admisce,
Spiritus vini rectificati Uncias sex.

AQUA COCHLEARIAE. Löffelkraut-Wasser.

Rec. Herbae Cochleariae recentis et florentis concisae Libras duas,
Aquae communis quantum sufficit,
Destillent Librae duae.
Sit limpida, odoris fragrantis Cochleariae.

† AQUA COERULEA. Blaues Wasser.

Rec. Aquae calcariae Libram dimidiam,
— destillatae Libras quatuor,
mixtis adde,
Ammonii muriatici depurati Drachmas duas,
Cupri limati Drachmam unam,
Stent per duodecim horas, tum filtra.
Sit limpida, coloris coerulei.

AQUA EUPHRASIAE. Augentrost-Wasser.

Rec. Herbae recentis Euphrasiae florentis Libras duas,
Aquae fontanae quantum satis.
Destillent librae duae.

AQUA FERRUGINOSO-SALINA seu MINERALIS FERRATA. Künstliches eisenhaltiges Mineralwasser.

Rec. Aquae purae Libras viginti quinque,
Calcariae carbonicae Drachmas duas et dimidiam,
Magnesiae carbonicae Drachmas quinque,
Ferri oxydulati nigri,
Magnesiae sulphuricae, singulorum Drachmam unam.
In solutione mille acidi carbonici pollices cubicos condensa et in lagenis bene obturandis serva.
Vis: tonica, nervina.

AQUA GLANDIUM RADEMACHERI. Rademacher's Eichelwasser.

Rec. Glandium Quercus recentium excorticatarum Libras quinque,
Spiritus vini rectificatissimi Uncias quindecim,
Aquae fontanae quantum satis.
Destillando elice Libras septem et semis.

† AQUA HYDROCYANATA SCHWEIGII. Schweig's blausäurehaltiges Wasser.

Rec. Acidi hydrocyanici Pharm. Badensis Unciam unam,
Aquae destillatae Uncias undecim,
Acidi phosphorici diluti Drachmam unam.

Misce bene et serva in vitris uncias duas vel tres continentibus atque optime clausis.

Sit limpida, odoris et saporis proprii acidi hydrocyanici, sed debilioris.

Uncia aquae ante additum acidum phosphoricum admixto argento-nitrico-ammoniato et acido nitrico praecipitatum album argenti cyanati pondere granorum quatuor exhibeat.

Vis: eadem, quae acidi hydrocyanici, sed multo debilior.

AQUA HYDROCYANATA DILUTA SCHWEIGII. Schweig's verdünntes blausäurehaltiges Wasser.

Loco Aquae Cerasorum nigrorum.

Rec. Aquae hydrocyanatae Drachmam unam,
Aquae destillatae Libram unam.

Misce. Vis: praecedentis, sed mitior.

AQUA LUCIAE. Luzien-Wasser.

Syn. Eau de Luce.

Rec. Saponis veneti albi Grana tria.
Solve in
Spiritus vini alcoholisati Uncia una.
Solutionem filtra et adde
Acidi succinici depurati Drachmam dimidiam,
Liquoris Ammonii caustici Uncias duas.

Perpetua agitatione misceantur, usque dum colorem lacteum acquisiverint.

Vis: antihysterica, nervina.

AQUA MAGNESIA. Magnesia-Wasser.

Rec. Magnesiae sulphuriae Libram unam cum Uncia,

Natri carbonici crystallisati Libram unam cum Unciis duabus.
Seorsim solutae in
Aquae fervidae Libra una cum dimidia,
fervide commisceantur. Praecipitatum perfecte ablutum, humidum adhuc suspendetur, in apparatu idoneo in
Aquae fontana frigidae Libris viginti quatuor,
et inter conquassandum cum acido carbonico gasiformi impraegnetur, donec magnesia soluta sit. Tum per noctem seponatur et aqua limpida lagenis dimidiis ingeratur, quae bene clausae serventur.

Sit limpida, saporis acidulato-subamari. Coctione sub evolutione gasis acidi carbonici magnesia subcarbonica, subforma pulveris albi insolubilis, separetur. Uncia aquae continet grana octo magnesiae carbonicae.

† AQUA NICOTIANAE RADEMACHERI. Rademacher's Tabak-Wasser.

Rec. Herbae Nicotianae rusticae recentis Libras octo,
Spiritus vini rectificatissimi Libram unam et dimidiam,
Aquae communis quantum satis.
Destillando elice Libras octo.

† AQUA NUCIS VOMICAE RADEMACHERI. Rademacher's Krähenaugen-Wasser.

Rec. Nucum vomicarum contusarum Libras duas,
Spirtus vini rectificatissimi Uncias tres,
Aquae fontanae quantum satis.

Macera in vase clauso per horas viginti quatuor et destillando elice Libras tres.

† AQUA OPII. Opium-Wasser.

Rec. Opii in tabolas dissecti et leni calore siccati Unciam unam.
Immitte in retortam vitream et affunde,
Aquae fontanae Libram unam.
Destillando elice Uncias sex.
Servetur in vitris minoribus bene obturatis, loco obscuro.

Sit limpida, odoris Opii, et non major copia paretur, quia facile corrumpitur.

AQUA PICIS seu PICEA Theerwasser.

Rec. Picis liquidae Uncias tres,
Aquae destillatae Libras duas.

Misce et sepone saepe agitando per biduum; postquam subsederit liquorem limpidum decantha et in lagenis bene obturatis serva.

† AQUA PHAGADAENICA. Phagadaenisches Wasser.

Rec. Hydrargyri chlorati corrosivi triti Grana viginti quatuor adde
Aquae Calcariae Uncias sedecim.
Liquor turbidus, flavus, sedimentum flavum demittens, non nisi agitatus dispensetur et ex tempore paretur.

† AQUA PHAGADAENICA NIGRA. Schwarzes phagadaenisches Wasser.

Syn. Aqua nigra. Aqua mercurialis nigra.
Rec. Hydrargyri chlorati mitis Drachmam unam,
Aquae Calcariae Uncias octo.
Sedulo terendo paretur ad dispensationem.

† AQUA PULSATILLAE. Küchenschellen-Wasser.

Rec. Herbae Pulsatillae recentis mense Aprili collectae Libras duas.
Concisis celeriter superinfunde
Aquae fontanae Libras quatuor
et destillando elice Libras duas, quae
statim in vasis parvis, optime obturatis, loco frigido sollicite asservandae.

AQUA QUASSIAE RADEMACHERI. Rademacher's Quassia-Wasser.

Rec. Ligni Quassiae rasur. Libras tres.
Corticis Quassiae concisi Uncias novem.
Spiritus vini rectificatissimi Libram unam.
Aquae fontanae quantum satis.
Post macerationem per 48 horas destillando elice Libras octo.

AQUA RUTAE. Rauten-Wasser.

Paretur e Herba Rutae uti Aqua Chamomillae. Pharm. Badensis.
Eodem modo paretur:

AQUA SALVIAE. Salbei-Wasser.

AQUA SELTERIANA ARTIFICIALIS. Künstliches Selters-Wasser.

Rec. Natrii chlorati Grana centum,

Natrii carbonici Grana viginti quatuor,
Magnesiae carbonicae Grana viginti novem,
Aquae purae Uncias octoginta duas,
et satura mixtionem cum Acido carbonico.

Vis: refrigerans, irritans, digestionem promovens.

AQUA SINAPEOS. Senf-Wasser.

Rec. Olei Sinapeos aetherei Guttas duas.
Aquae destillatae Unciam unam.
Misce.

AQUA VULNERARIA VINOSA. Weiniges Wundwasser.

Syn. Aqua sclopetaria.

Rec. Herbae Salviae,
— Absinthii,
— Menthae piperitae,
— Rutae,
— Rosis marini,
Florum Lavendulae, singulorum Unciam unam,
Spiritus vini rectificatai Libras sex,
Aquae communis Libras viginti quatuor.
Macerentur per viginti quatuor horas et destillent Librae octodecim.

Sit aliquantum turbida, odoris fortis aromatici.

† ARGENTUM CHLORATUM RADEMACHERI. Rademacher's Chlorsilber.

Rec. Argenti nitrici fusi Drachmam unam
Solve in
Aquae destillatae Uncia una
et solutioni adde
Natrii chlorati Grana viginti quatuor
antea in
Aquae destillatae Uncia una
solutae et praecipitatum ortum in vitro cum
Spiritus vini rectificatissimi Uncia una
loco umbroso digere, donec colorem griseum acceperat. Tunc filtra et praecipitatum temperatura ordinaria inter chartam bibulam sicca.

Pulvis est cinereus, odoris et saporis expers, in aqua et acidis dilutis insolubilis, liquore ammonii caustico facile solvitur.

Part. const. Argenti 1 pond. mixt. et Chlori 1 pond. mixt., Ag Cl.

† ARGENTUM OXYDATUM. Silberoxyd.

Rec. Argenti nitrici Drachmas duas.
Aquae destillatae Uncias quatuor
Solve et admisce

Liquoris kali caustici puri quantum requiritur ad praecipitationem argenti oxydati et donec kali paululum praevaleat. Praecipitatum elavetur, usque aqua defluens chartam exploratoriam rubram coeruleam tingit.

Pulvis est fuscus, ponderosus, in aqua insolubilis, acido nitrico facile solvitur. *Part. const.* Argenti 1 pond. mixt. et Oxygenii 1 pond. mixt. AgO.

†† ARSENICUM TRIJODATUM. Jodarsenik.

Rec. Zinci metallici pulverati,
Arsenici metallici pulverati, singulorum Partes aequales.

Mixta in crucibulo obtegantur strato pulveris carbonum et ad liquefactionem calefiant.

Tum, rejecto strato carbonum, massam metallicam exime et refrigeratam in frustulis immitte in apparatum extricatorium satis notam gasis hydrogenii, qui continet acidum sulphuricum dilutum in quantitate sufficiente. Gas hydrogenii arsenici explicandum immitte tamdiu in Tinctura Jodi, usque tinctura coloris expers est.

Liquorem decolorem filtratum in balneo mariae temperatura 40—50° C. evapora ad crystallisationem. Crystallos collectos inter chartam bibulam sicca, vase optime clauso et caute serva. Crystalli rubri, aëre deliquescentes, in aqua et alcohole solubiles. *Part. const.* Arsenici 2 pond. mixt. et Jodi 6 (?) pond. mixt.

ASPARAGINUM. Asparagin.

Rec. Radiis Althaeae concisae quantum vis
digere cum
Lactis Calcis valde dilutae quantum satis
per horas quadraginta octo, tum filtra et liquori adde
Ammonium carbonicum, in aqua destillata solutum,
quamdiu praecipitatum gignitur.

Liquorem a praecipitato orto filtratione separatum evapora ad consistentiam syrupi tenuioris, tum sepone ad crystallisationem. Crystallos collectos, aqua frigida ablutos et iterata crystallisatione depuratos serva.

Prismata exhibet recte rhombica vel hexagona coloris expertis, sapore refrigerande fatuo, in grato, in aqua et alcohole solubilia, aethere et alcohole absoluto non solvuntur, coctione cum alcaliis et acidis mutatur in gas ammoniacum et acidum asparaginicum.

Part. const. Carbonei 8 pond. mixt., Hydrogenii 7 pond. mixt., Nitrogenii 2 pond. mixt. et Oxygenii 6 pond. mixt. $C^8 H^7 N^2 O^6$.

✝✝ ATROPINUM. Atorpin.

Paratur eodem modo ex radice Belladonnae ut Aconitinum.

Pulverem exhibet crystallinum, album, seu crystallulos aciculares, albos, sericeos, fasciculatim aggregatos, odoris expertes, sapore maxime nauseoso-amaro, postea gutturali, quasi metallico. Atropinum leni calore liquefiat, fortiori odore ammoniacali destruitur. In 500 partibus aquae frigidae, 30 fervidae, 8 partibus spiritus vini rectificatissimi et 60 partibus aetheris solvitur.

In acidis facile solubile, solutio aqua diluta, tinctura jodi colore rubro-fusco, tinctura gallarum colore albo, liquore auri chlorati colore citrino praecipitatur. *Part. const.* Carbonei 34 pond. mixt., Hydrogenii 23 pond. mixt. Nitrogenii 1 pond. mixt. et Oxygenii 6 pond. mixt. $C^{34} H^{23} NO^6$.

Vis: antilyssa, venenosa.

✝ AURUM CYANATUM. Cyangold.

Rec. Auri purissimi Drachmam unam,
Solve caloris ope in
Aquae regis quantitate sufficiente.
Solutioni adde
Hydrargyri cyanati Drachmam unam et dimidiam,

antea in aquae destillatae Uncia dimidia soluti, et liquorem in patella porcellanea evapora ad siccum, agitando super leni igne, donec massa colorem pallide flavum acceperit. Hanc pulveratam cum aquae destillatae Uncia una cum dimidia digere et, liquore defuso, aqua destillata bene ablue, denique pulverem in filtrum collige et inter chartam bibulam siccatum, in vitro nigro serva.

Pulvis est albidus, flavescens, odoris et saporis expers, in aqua et acidis dilutis insolubilis, liquore ammonii caustico solvitur. Calori expositus colorem fulvum assumit et denique aurum metallicum relinquit. *Part. const.* Auri 1 pond. mixt. et Cyani 1 pond. mixt.

AURUM METALLICUM PURUM. Reines metallisches Gold.

Rec. Auri Ducatorum minutim dissecti quantum libet.

Aquae regis quantum satis ad solutionem perfectam, quam leni calore ad siccum evapora, ut, post dissipatum acidum superfluum, sal, quantum fieri potest, neutrum evadat. Hoc solve in

Aquae destillatae Decuplo.

Liquorem ab argento chlorato plerumque inhaerente caute defunde, eique solutionem ferri sulphurici oxydulati purissimi, recenter parati, instilla, quamdiu praecipitatum nascitur. Miscelam repone, ut Aurum subsideat et liquore super natante defuso, Aurum primo acido nitrico diluto digere, postea aqua destillata optime ablue, dein in filtrum collectum, inter chartas bibulas temperatura ordinaria sicca et bene siccatum illico in vitro bene obturato serva.

Pulvis est fuscus, opacus, pressione vel trituratione auri colorem et splendorem assummens, saporis et odoris expers. In foco ferruminatorii in globulum auri fonditus.

BACCAE JUNIPERI TOSTAE. Geröstete Wachholderbeeren.

Rec. Baccarum Juniperi concisarum quantum placet.

Sartagini ferreo igne moderato impone, agitatione perpetua, donec colorem fuscum acquisiverint, cavendo, ne fortius comburantur.

Eodem modo parentur:

PULVIS RADICIS FILICIS TOSTAE. Geröstetes Farrnkrautwurzel-Pulver.

PULVIS RADICIS JALAPAE TOSTAE. Geröstetes Jalapen-Pulver.

PULVIS RADICIS RHEI TOSTAE. Geröstetes Rhabarber-Pulver.

PULVIS RADICIS TARAXACI. Geröstetes Löwenzahn-Pulver.

BALSAMUM OPHTHALMICUM HIMLY. Himly's Augenbalsam.

Rec. Balsami peruviani nigri Grana quindecim

Olei Lavendulae,

— Coryophillorum,

— Rutae,

— Majoranae,

— Serpylli,

— Succini ac Grana decem.

Spiritus vini rectificatissimi Uncias quinque
Misce et filtra.

BARIUM JODATUM. Jodbarium.

Syn. Baryta hydrojodica.
Rec. Baryi sulphurati subtilissime pulverati,
(eodem modo parati, uti in praeparatione
baryi chlorati in Pharm. Badense praescriptum est)
Jodi puri, singulorum Unciam dimidiam,
Optime mixta celeriter solvantur in
Aquae destillatae Unciis tribus.

Sensim adhuc addendo portiones minutas baryi sulphurati subtile pulverati, donec solutio subfusca paululum alcaliorum modo reagit. Solutioni tunc filtratae in vase porcellaneo calefactae instilletur

Solutio Jodi spirituosa

quantitate sufficiente, ut solutio plane decolor perfecta neutralisata sit. Filtrata denique in balneo vaporis evaporando ad siccitatem perfectam redigatur et in vitris nigris minoribus optime clausis servetur.

Pulvis est e flavido-albidus, in aqua et spiritu vini perfecte solubilis, aëro humido facile humescens et fuscescens. *Part. const.* Baryi 1 pond. mixt. et Jodi 1 pond. mixt.

BERBERINUM. Berberin.

Rec. Radicis Berberidis concisae quantum placet.

Extrahe in prelo realino vel methodo lixiviatoria cum aquae destillatae sufficiente quantitate et liquores obtentos evaporatione ad extracti consistentiam redige. Extractum digere cum alcoholis vini, centesimas octoginta duas continentis, sufficiente quantitate, donec nova quantitas sapore amaro fere careat. E solutionibus alcoholicis commixtis destillentur Alcoholis tres quadrantes et residuum loco frigido seponatur, ut in crystallulis excrescat Berberinum.

Crystallos collectos acido sulphurico diluto superfunde et evapora in balneo mariae ad explicationem perfectam ad siccum et solve residuum in acidi hydrochlorici diluti quantitate sufficiente et solutioni adde aqua barytae, quamdiu praecipitatum oritur. Liquorem filtritatum evapora ad siccum, residuum extrahe cum alcohole vini et solutioni concentratae adde Aetherem sulphuricum, tamdiu Berberinum praecipitatur, quod solutione in aqua destillata et evaporatione in crystallulis secernatur.

Crystallulos exhibet minutos, aciformes, luteos, in aqua et alco-

hole solubiles, aethere non solvuntur. Temperatura + 120° Berberinum liquescit et refrigeratum resinae instar apparet; cum acidis salia lutea insolubilia format, exceptione salis muriatici, quod solubile est. Cum kali vel calcaria caustica destillatum Chinolinum edit. *Part. const.* Carbonei 42 pond. mixt., Hydrogenii 18 pond. mixt., Oxygenii 9 pond. mixt., Nitrogenii 1 pond. mixt. et Aquae 12 pond. mixt. $C^{42} H^{18} NO^{9} + 12$ aq.

† CADMIUM SULPHURICUM. Schwefelsaures Cadmiumoxyd.

Rec. Cadmii metallici laminati quantum vis
Solve in
Acidi nitrici concentrati, aquae destillatae sextuplo diluti, quantitate sufficiente.
Solutioni filtratae et quadruplo aquae destillatae dilutae instilla
Liquorem natri carbonici depurati,

donec praecipitatum album haud amplius appareat, quod bene eluatur. Tum solve in acidi sulphurici puri diluti quantum requiritur et evapora liquorem ad crystallisationem.

Crystalli sunt columnares, decolores, in aëre fatiscentes, sapore styptico metallico, in aqua facile solubiles. Leni calore deliquescunt, aquam emmittunt; calore forte sal partim decomponitur. Aqua hydrosulphurata ex solutione aquoso paullo acidulata cadmium sulphuratum colore citrino praecipitat. Praecipitato separato liquidum, ad siccum evaporatum, nullum residuum relinquat. *Part. const.* Cadmii oxydati 1 pond. mixt., Acidi sulphurici 1 pond. mixt. et Aquae 4 pond. mixt. **Vis:** adstringens, incitans.

CALCARIA CARBONICA PRAECIPITATA. Gefällter kohlensaurer Kalk.

Rec. Calcii chlorati puri quantum vis
Solve in
Aquae destillatae octuplo.
Solutioni adde
Liquorem Natri carbonici, quamdiu praecipitatum album enascitur, quod bene ablutum sicca.

Sit pulvis albissimus, mollis, in aqua insolubilis, acido muriatico et nitrico effervescendo solvitur, solutio liquore ammonii caustico ne turbetur, neque aqua hydrosulphurata, neque liquore kalii ferrocyanati coloretur. *Part. const.* Calcariae et Acidi carbonici pond. mixt. aequalia. $(CaO + CO^2.)$ **Vis:** absorbens, siccans.

CALCARIA PHOSPHORICA PURA. Reiner phosphorsaurer Kalk.

Rec. Natri phosphorici Uncias sex
Solve in
Aquae destillatae Libris sex.
Solutioni admisce gradatim

Solutionis Calcii chlorati puri tantum, ut Natrum phosphoricum praevalcat. Praecipitatum gelatinosum edulcora, exsicca leni calore et in pulverem redige.

Pulvis est albus, tener insipidus, in aqua insolubilis, acido muriatico diluto facile solvitur. *Part. const.* Calcariae 2 pond. mixt, Acidi phosphorici 1 pond. mixt. et Aquae 4 pond. mixt. ($2CaO + PO^5 + 4HO$.) Vis.

CALCIUM CHLORATUM. Chlor-Calcium.

Syn. Calcaria muriatica. Calx salita. Sal ammoniacum fixum.
Rec. Calcariae carbonicae quantum placet
Solve in

Acidi muriatici puri diluti quantitate sufficiente ut acido plane soluto calcariae aliquid haud solutum supersit. Solutionem filtratam decolorem in patina porcellanea ad siccum evapora et pulverem adhuc calidum in vitro bene obturato serva.

Pulverem exhibet album, siccum, sapore calido, salso, amariusculo, aëris aditu mox deliquescentem, prorsus neutrum, in aqua facillime, in spiritu vini rectificatissimo facile penitusque solubilem. Solutio aquoso neque reactiones mettallorum, neque ammoniaci ostendat. Calore rubro candente sal siccatum funditur et ammissa omni aqua fluit; refrigescens in massam densam, diaphanam, texturae crystallino-granulosae, calcium chloratum fusum seu anhydrum abit.

Solutio aquosa salis concentrata, loco frigido seposita in crystallos prismaticos, hexagonas, regulares concrescit, qui calore tantum non ad + 100° C. aucto in aqua crystallisationis deliquescunt, calore + 180° C. crescente in sal album pulverulentum vertuntur. *Part. const.* Calcii 1 pond. mixt., Chlori 1 pond. mixt.

Residuum praeparationis Liquoris Ammonii caustici solutione, filtratione et fusione depuratum nonnisi in usum medicum externum vel in technicum vocare licet.

CARBONEUM TRICHLORATUM. Dreifach Chlorkohlenstoff.

Paratur introductione gas Chlori in Chloretum Elaylum appulsu

radiorum solis vel melius introductione gas Chlori siccati in lagenam, quae paullulum Chloreti Aethyli continet atque per aliquod tempus loco umbroso, tunc actioni radiorum solis tamdiu exponitur, donec liquidum in massam albam crystallinam mutatum erit.

Massa est alba, crystallina, sine gustu, sed odore aromatico-camphorato, in aqua insolubilis, sed solubilis in alcohole et facilius in aethere, quae solutiones argento nitrico non turbantur. Item solubilis in oleis pinguibus et aethereis. Temperatura + 160° C. liquescit et + 182° C. ebullit; cum amalgamo kalii et aqua in kalium chloratum et kali aceticum mutatur. *Part. const.* Carbonei 4 pond. mixt., Chlori 3 pond. mixt. ($C^4\ Cl^3$.) Vis: Systema nervosum excitans.

CARBONEUM SULPHURATUM. Schwefelkohlenstoff.

Syn. Alcohol Sulphuris. Schwefelalkohol.

Rec. Paratur ductione gas sulphuris per frustulos carbonum candentium in tubo ferreo; liquidum ortum lenissime calore et excipulo refrigerato rectificetur et stratu aquae obtectum in vasis optime clausis loco frigido servetur.

Liquor limpidus, volatilis, sub aethereus, lucis radios valde refringens, odore penetrante, gravi ingrato, sapore acri, pond. spec. 1,272. In aqua insolubilis, facile in spiritu vini rectificatissimo, aethere et oleis aethereis solvitur. Carboneum sulphuratum phosphorem, sulphurem et jodum solvit; solutio jodina concentrata intense rubro-coeruleum vel violaceum colorem exhibet. Si gas hydrosulphurato foetet, quod etiam chartae plumbo acetico impraegnatae denigratione detegitur, quassatione cum plumbo oxydato et rectificatione depuretur. *Part. const.* Carbonei 1 pond. mixt., Sulphuris 2 pond. mixt. (CS^2). Vis: Systema nervosum excitans, antiarthritica.

† CARDOLEUM IMPURUM. Unreines Cardol.

Rec. Fructuum Anacardii occidentalis, a nucleis liberatorum, quantum vis

Contunde et bene extrahe cum

Alcoholis pond. specif. 0,833 sufficiente quantitate.

Solutionem cum plumbo oxydato hydrato digere, donec reactio acida non amplius appareat; tum filtra et e liquore filtrato Alcoholis maximam partem destillatione elice; residuum in vase cylindrico aqua commisce et Cardoleum olei instar secretum aqua liberata in vitro bene clauso serva.

Liquor est flavus seu fuscescens, oleosus, odoris expers, cale-

factione odorem debilem gratum edens, sapore acerrimo, caustico, minima dosi jam vesiculas in ore excitante, in aqua insolubilis, alcohole et aethere facile solvitur, pond. spec. 0,978 (?) Vis: vesicatoria, facile deleteria.

CHARTA ANTIRHEUMATICA. Gichtpapier.

Rec. Cantharidum pulveratarum Unciam dimidiam,
Spiritus sulphurico-aetheri Uncias quatuor,
Digerantur per biduum. In colatura filtrata solvantur
Elemi optimi Unciae duae,
Balsami tolutani Uncia una,
Balsami peruvianni nigri Drachma una,
Terebinthinae laricinae Uncia una cum dimidia,

antea leni igne colliquatis. Solutio limpida evaporet balneo vaporis ad syrupi tenuioris consistentiam et tenue extendatur supra chartam, ope machinae ad emplastrarum extentionem aptae.

CHININUM ACETICUM. Essigsaures Chinin.

Rec. Chinini puri quantum vis
Acidi acetici diluti quantum requiritur
ad solutionem perfectam, quam filtratam evaporando lenissime calore in crystallos redige.

Crystallos exhibet tenerrimos, aciculares, niveos, sericeos, sapore peramaro, in aqua frigida difficile, in aqua calida autem facile solubiles. Reactiones exhibet Chinini Acidique acetici. Vis: tonica, febrifuga.

†† CHININUM ARSENICOSUM. Arsenigsaures Chinin.

Rec. Chinini sulphurici Partes centum.
Solve in
Aquae destillatae, guttis aliquot, acidulatae quantitate sufficiente.
Solutioni adde
Liquorem ammonii caustici, donec praecipitatum non amplius appareat. Hoc bene ablutum solve in
Alcoholis pond. spec. 0,850 Partibus 600 et solutioni adde
Acidi arsenicosi Partes quatuordecim.

Tum calefac et solutionem adhuc calidam filtra. Refrigeratione Chininum arsenicosum in crystallulis secernetur.

Crystallos exhibet pellucidas, aciculares, sapore peramaro, in

aqua et alcohole solubiles. Reactiones exhibent Chinini et Acidi arsenicosi. Hac de causa lege artis caute asservandi sunt.

Vis: febrifuga.

CHININUM CITRICUM. Citronensaures Chinin.

Rec. Acidi citrici Unciam dimidiam.
In Aquae destillatae fervidae Unciis quinque
soluti perfecte saturatur,
Natri carbonici depurati quantitate sufficiente
et solutioni filtratae admisceatur
Acidi citrici Uncia dimidia.
Hujus liquidi instilla in

Solutionem Chinini sulphurici ex parte una et Aquae destillatae bullientis partibus triginta, paratam tadium donec charta exploratoria coerulea parum rubescit. E solutione, adhuc fervida filtrata, refrigerescente crystalli Chinini citrici separentur. Crystallos collectos, aqua pura frigida ablue et, si opus erit, in aqua bulliente solvendo et iterum crystallisando depura.

Sint crystalli aciformes, albi, sapore peramaro, in aqua difficile solubiles. Solutio aquosa neque reactiones natri sulphurici, neque natri citrici ostendat. Vis: tonica, febrifuga.

CHININUM CITRICUM cum FERRO. Citronensaures Chinin mit Eisen.

Rec. Ferri citrici, in magna copia aquae soluti, quantum vis
admisce
Chinini puri quantam solvitur.
Solutionum evapora ad siccum.

Squamas exhibet e viride-pallentes, pellucidas, in aqua solubiles.

Vis: tonica, febrifuga.

CHININUM FERRATO-CYANATUM. Chinin Eisencyanür.

Rec. Chinini sulphurici Partem unam
Kalii ferrato-cyanati Partem unam et dimidiam,
Aquae purae Partes septem,

Mixta leni calore calefacta refrigerando sal impurum separetur, quod aqua destillata bene ablutum solutione in spiritu vini rectificato et evaporatione depuretur.

Crystalluli sunt viride-flavescentes, aciformes, sapore peramaro, atque acidi hydrocyanici aemulante, in alcohole solubiles, aqua non solvuntur. Vis: tonica, febrifuga.

CHININUM PHOSPHORICUM. Phosphorsaures Chinin.

Rec. Chinini puri quantum vis.
Solve in
Acidi phosphorici puri diluti quantitate sufficiente,
Solutio evaporando in crystallos redige.

Crystallos exhibet pellucidos, aciculares, sericeos, sapore peramaro, in aqua et alcohole solubiles. Reactiones exhibent Chinini et Acidi phosphorici. Vis: tonica, febrifuga.

CHININUM TANNICUM. Gerbsaures Chinin.

Rec. Chinini acetici quantum vis.
Solve in
Aquae destillatae fervidae sufficiente quantitate
et solutioni adde.
Solutionem Tannini puri
donec praecipitatum album non amplius oritur.

Filtra, residuum bene ablue et siccatum in pulverem redige subtilissimum.

Pulvis est flavido-albus, inodorus, sapore amaro et que adstringente, in aqua difficile solubilis.

Vis: adstringens, tonica, febrifuga.

CHININUM VALERIANICUM. Baldriansaures Chinin.

Rec. Acidi valerianici Partem unam,
Aquae destillatae Partes sexaginta.
Chinini puri Partes tres.

Calefac ad + 80—90° C., filtra et sepone ad crystallisationem. E liquore a crystallis defuso evaporatione sub + 50° C. denuo crystalli obtinentur.

Crystallos collectos, inter chartam bibulam siccatos, in vitro bene clauso serva.

Crystalli sunt albi, lamellares vel aciculares, non pellucidae, sapore peramaro, odore levi-acidi valerianico, solubiles in aquae frigidae partibus 110, aquae bullientis partibus 40, in alcoholis frigidae partibus 6, in alcoholis bullientis partibus aequalibus, aeque solubiles in aethere. Leni calore liquefiant, calore auctiore aëre cum flamma sine residuo comburuntur.

Reactiones exhibent chinini acidique valerianici. *Part. const.* Chinini 2 pond. mixt., Acidi valerianici 1 pond. mixt. et Aquae 24 pond. mixt.

Vis: antispasmodica, tonica, febrifuga.

CHINOIDINUM. Chinoidin.

Paratur ex muria Chinini sulphurici, evaporando non amplius Chininum sulphuricum crystallisatum praebente, quae aqua diluitur, quamdiu praceipitatum resinosum nigrum secernitur. Tunc filtretur et liquori claro admiscetur

Solutio Natri carbonici

quamdiu praecipitatum enascitur, quod aqua frigida bene abluitur, leni calore penitus exsiccatur et in cistulas effunditur.

Massa est fusca, resinosa, nitens, subdiaphana, colophonii similis, fragilis et friabilis, fractura conchoidea, triturando pulverem sordide fusco-flavum praebens, inodora, sapore peramaro; in aqua fere insolubilis, in aqua acidulata, in spiritu vini et aethere facile solubilis. Solutiones aquosae et spirituosae reactionem alcalinam monstrant, liquore natri carbonici Chinoidinum solutum colore e luteo albido fere totum praecipitatur. Solutio aetherea aurea, ex ejus granis duobus parata, acido sulphurico diluto conquassando commixta, colorem aureum statim perdat et aethere perfecte declor remaneat. Additione liquoris ammonii caustici in excessu, aether denuo colore aureo tinctus et liquidum aquosum decolor evadit, in confinio fluidorum perfecte liquidorum generatim magnam turbidam e cinereo fuscam relinquens. Igne penitus comburitur et minimum cineris relinquit. Chinoidinum sulphuricum aethere non solvitur, et in solutione aquosa ope liquoris barytae nitricae facile dignoscitur. *Part. const.* Miscela est materiae resinosae cum Chinino et Cinchonino. Vis: tonica, febrifuga.

Inquinatio cupri ferro polito solutioni Chinoidini immisso detegitur et adulteratio cum Asphalto, insolubilitate ejus in aqua acidulata, spiritu vini et aethere mox agnoscitur.

† CHLOROFORMIUM. Chloroform.

Syn. Formylum perchloratum. Formylchlorid.

Rec. Calcariae hypochlorosae optimae Libras octo,
Aquae communis Libras viginti quatuor.
Spiritus vini rectificatissimi Libras duas.
Misce exactissime in vesica destillatoria.

Clauso alembico et adaplato excipulo vitreo, usque ad dimidiam partem aqua destillata impleto et optime refrigerato, initio fortiori, tunc leni calore destillatur, quamdiu liquor aqua gravior transit. Chloroformium, aqua gravius, generatim Chloro inquinatum, a liquore aquoso supernatante separatum, in vase vitreo clauso per 48 horas seponatur, tunc iterata vice majori copia aquae destillatae

conquassando tamdiu abluatur, donec aqua defusa chartam exploratoriam coeruleam non amplius rubescit, nec liquore argenti nitrici affuso turbatur. Chloroformium denuo ab aqua separatum cum Acidi sulphurici anglici concentrati, coloris expertis, quantitate necessaria reiterate bene conquassatur, donec quassatione cum nova quantitate acidi coloratio non amplius appareat. Tunc per noctem seponatur et chloroformium sic depuratum lege artis ab acido perfecte separatum in vitro epistomio bene clauso loco obscuro et frigido serva.

Aqua defusa ad destillationem novam repone. Sit liquor limpidus, coloris expers, pond. spec. = 1,490 — 1,496, odore grato penetrante dulciusculo, sapore dulcissimo grato ardente, reactione neutrali. In aqua insolubilis, commisceri potest cum quavis quantitate alcoholis et aetheris; Jodum solvit colore pulchre-violaceo; ebulliat apud 60° C. Acido sulphurico concentrato mixtum ne tingatur, aqua conquassatum ne lactescat, nec argento nitrico turbetur, nec albumen eodem coagulatur.

Part. const. Carbonei 2 pond. mixt., Hydrogenii 1 pond. mixt. et Chlori 3 pond. mixt. $C^2 H Cl^3$. **Vis:** anaesthetica.

Inquinationes. Aether admixtus pondere specifico et admixto jodo agnoscitur, quod nunc non violaceo, sed colore vini rubri solvitur. Alcohol admixtus etiam pondere specifico atque coagulatione albuminis coloreque viridi, admixto acido chromico vel miscela kali bichromici et acidi sulphurici, orto, indicatur.

CINCHONINUM SULPHURICUM. Schwefelsaures Cinchonin.

Rec. Cinchonini puri quantum vis
adde
Acidi sulphurici diluti, Aquae duplo pondere diluti, tantum, quantum Cinchonino saturatur, bene cavens, ne acidum superet. Solutionem neutram, limpidam, leni calore evapora, ut in crystallos concrescat.

Crystalli sunt albi, nitoris margaritacei, prismata insignia rhombica brevia vel lamellas micaceas sistentes, saporis amari, chinae griseae saporem referentis, aëre persistentes, in aquae frigidae partibus 60, in spiritus vini pond. spec. 0,85 partibus 6—7 temperatura ordinaria facile solvendi, in aethere insolubiles. Temperatura gradus 100° C. paullulum superante Chinchoninum sulphuricum liquescit, fortiore calore in colorem rubrum transcit et dilabitur; in aëre ignitum cum flamma et sine residuo comburitur. ***Part. const.*** Cinchonini 2 pond. mixt., Acidi sulphurici 1 pond.

mixt. et Aquae 2 pond. mixt. ($2 Ci + SO^3 + 2HO$.) Vis: tonica, febrifuga.

CINCHONINUM TANNICUM. Gerbsaures Cinchonin.

Rec. Cinchonini puri Drachmam unam.
Spiritus vini rectificatissimi Uncias duas.
Solve caloris ope et liquido adde
Tannini puri Grana septuaginta quinque,
antea in Aqua destillatae
et Spiritus vini rectificatissimi, singulorum Drachmis duabus cum dimidia

soluti et evapora adsiccum atque residuum in pulverem redige subtilissimum.

Pulvis est rubro-griseus, inodorus, sapore amaro, adstringente, in aqua insolubilis, alcohole autem solvitur. Vis: tonica, febrifuga.

† CODEINUM. Codein.

Rec. Opii smyrnaei concisi quantum vis.
Extrahe ter vel quater aquae calidae triplici.
Liquores comixtos ad tertiam partem evapora et colaturae clarae admisce
Liquoris Calcii chlorati puri

ad praecipitationem acidi meconici. Liquori defiltrato adde Acidi muriatici tantam quantitatem, ut acidum paullulum praevaleat; tunc digere cum ossium carbone per aliquot tempus, filtra et ad crystallisationem evapora.

Massa radiata, Morphium et Codeinum muriaticum continens, in aqua destillata fervida solvitur et Morphium liquore ammonii caustico praecipitatur. E liquore defiltrato, Codeinum continente, evaporatione adhuc Morphium secernitur. Post filtrationem iteratam Codeinum cum liquore kali caustici praecipitatur. Praecipitatum bene ablutum solvitur in aqua vel aethere et evaporatione solutionis Codeinum crystallisatum obtinetur.

Crystallos exhibet prismaticos vel tenuissimos aciculares, sapore infirmo, reactione alcalina; in aquae bullientis partibus duabus solubiles, etiam alcohole et aethere facile solvuntur, non autem alcaliis. Codeinum purum et ejus salia neque acido nitrico colorem rubrum, neque ferro sesquichlorato colorem coeruleum assumunt; infuso gallorum et solutione kalii sulpho-cyanati praecipitantur.

Part. const. Carbonei 36, Hydrogenii 20, Nitrogenii 1, Oxy-

genii 6 et Aquae 2 pond. mixt. $C^{36} H^{20} NO^{6} + 2HO$. Vis: narcotica.

†CODEINUM MURIATICUM. Salzsaures Codein.

Rec. Codeini puri quantum vis

Acidi muriatici puri diluti quantum requiritur ad solutionem perfectam, quam evapora ad crystallisationem.

Crystalli sunt decolores, aciculares, neutrales, sapore amaro, in aqua et alcohole solubiles. Reactiones exhibet Codeini et acidi muriatici. Vis: narcotica.

COFFEINUM seu CAFFEINUM. Caffein.

Rec. Seminum Coffeae arabicae contusorum quantum vis.
Coquendo cum aqua extrahe partes solubiles.
Liquidis decoctione obtentis instilla
Liquorem Plumbi acetici
quamdiu sedimentum nascitur. Liquorem defiltratum coque cum
Plumbo oxydato hydrato

tamdiu, donec hujus nova quantitas non amplius coloratur et e liquore filtrato praecipita acidi, hydrothionici ope plumbum solutum. Liquor nunc filtretur et secernetur Caffeinum per evaporationem ad crystallisationem, quantum fieri potest.

Caffeinum collectum solutione in aqua, digestione cum ossium carbone et crystallisatione iterata depuretur.

Prismata exhibet alba, sericea, tenuissima et longissima. sapore acri amaro, in aquae frigidae partibus 98. alcoholis partibus 97, aetheris partibus 194 solubilia, aqua bulliente magna copia solvuntur, in temperatura + 178° C. liquescunt et in + 185° C. sublimantur; aëris aditu ignita comburuntur cum flamma. Acidis facile solvuntur; ex solutione in acido muriatico tannino colore albo, platina muriatica colore flavo et solutio aquosa argento nitrico et hydrargyro chlorato corrosiva praecipitantur.

Part. const. Carbonei 16, Hydrogenii 10, Nitrogenii 4, Oxygenii 4 et Aquae 2 pond. mixt. $C^{16} H^{10} N^{4} O^{4} + 2HO$.

COLLODIUM. Collodium.

Syn. Solutio Pyroxylini aetherea.

Rec. Gossypii concisi Partes duas.
Immergantur bene eluendo solutione Natri carbonici crystallisati, ex hujus parte una et partibus quadraginta octo aquae destillatae parata. Gossypium sic depuratum perfecte ab-

lutum et siccatum tunc immergatur bene subigando miscelae ex

Kali nitrici pulverati et optime exsiccati Partibus viginti et

Acidi sulphurici concentrati anglici Partibus triginta,

paratae per quinque vel sex minutas; tunc aqua frigida optime eluantur et gossypium fulminans sic praeparatum lenissime calore perfecte exsiccatur et optime effilatur.

Nota. Ne majori quantitate in promtu habeas, quia facillime tempore ex parte destruitur.

Tunc recipe

Hujus gossypii fulminantis Drachmam unam.

Aetheris sulphurici Uncias duas.

Alcoholis vini absoluti Drachmam unam.

Mixta reponantur, saepius conquassando, donec gossypium perfecte solutum sit et in vitro optime clauso servetur.

Referat liquidum paullulum turbidum et sub mucilaginosum. Vis: agglutinans.

† COLLODIUM CANTHARIDATUM. Cantharidenhaltiges Collodium.

Rec. Cantharidum contusarum Libram unam,

Extrahe in apparatu depulsorio cum

Aetheris sulphurici Libra una

et Aetheris acetici Unciis tribus.

In hujus liquoris aetherei Unciis duabus solve conquassando.

Gossypii fulminantis Grana viginti quinque.

Solutionem perfectam serva vitris optime clausis. Vis: vesicatoria.

† COLOCYNTHIS PRAEPARATA. Präparirte Coloquinten.

Syn. Trochisci Alhandal.

Rec. Pomorum Colocynthidis, a seminibus liberatorum et concisorum Uncias quinque.

Gummi Mimosae pulverati Unciam unam.

Cum aqua fontana fiat pasta, quae exsiccata in pulverem subtilem redigatur, in vitro clauso servandum.

Vis: drastica, hydragoga.

CONCHAE PRAEPARATAE. Präparirte Austerschalen.

Rec. Concharum quantum vis.

Macerentur in aqua per diem noctemque, tum decoquentur et radendo limae ope a quisquiliis mundentur, abluantur iterum et siccentur; bene siccatae in pulverem subtilem terantur, deinde aqua levigentur et pulvis subtilissimus cito siccetur.

Sit pulvis subtilissimus, albissimus, insipidus; in acido muriatico cum effervescentia solvitur, vestigia solum modo membranularum gelatinosarum relinquens.

Vis: antacida.

† CONIINUM. Coniin.

Rec. Seminum Conii maculati contusi Libras octo,
Aquae fontanae Libras quadraginta octo,
Calcis extinctae Libras quatuor.
Kali carbonici crudi Libram unam.

Optime mixtis et in vesicam destillatoriam immissis fiat destillatio, quamdiu aqua alcalina odore Coniini transit, quae acido sulphurico neutralisata, lenissime calore evaporet ad syrupi spissitudinem.

Residuum tractatur iteratim cum miscela, ex Aetheris sulphurici una parte et Spiritus vini rectificatissimi partibus duabus parata, quamdiu aliquid solvitur.

E liquore claro Aether et Alcohol destillatione elicitur et residuum in patina aperta leni calore balneo mariae exponitur, saepius paullulum aquae addendo, donec spiritus omnis abierit. Tunc liquor remanens cum dimidio circiter pondere liquoris kali caustici mixtus e retorta in balneo calcii chlorati igne vivace ad siccum destilletur. Residuo in retorta admiscetur iterum liquor kali caustici cum aqua et destilletur denuo, quod repetendum, quamdiu aqua Coniino onusta transit.

Coniinum ab aqua separatum in loco aëre vacuo supra acidum sulphuricum concentratum ab aqua et ammoniaco liberetur.

Liquor fere oleosus, coloris expers vel subflavidum, odore penetrante nauseoso-coniino, sapore nauseoso acri, pond. spec. 0,89. Ebullit in + 170° C., facile flammam concipit et olei instar comburitur. Solvit aquam, quae in calore separetur, inde fit, ut Coniinum calore manus turbetur. Solvitur in 100 partibus aquae et in 6 aetheris partibus, etiam in siritu vini et oleis.

Solutiones reactionem alcalinam monstrant, Coniinum et solutio salium ejusdem aëre fuscum tingantur, postremum penitus destruuntur et tum ammoniacum efficiunt. Part. const. Carbonei 16, Hydrogenii 15 et Nitrogenii 1 pond. mixt. $C^{16}H^{15}N$. **Vis**: maxime narcotica et toxica.

CONSERVA ROSARUM. Rosenconserve.

Rec. Florum Rosarum rubrarum siccatorum et pulveratorum Unciam unam et semis
Macerentur in balneo vaporis per horam in vase clauso cum
Aquae Rosarum Unciis quatuor
spathula lignea bene agitando, dein admisce.
Sacchari albi pulverati Libram unam.

Misceantur exacte in mortario lapideo, ut fiat lege artis conserva.

† CUPRUM BICHLORATUM. Kupferchlorid.

Syn. Chloretum cupricum. Cuprum muriaticum oxydatum. Salzsaures Kupferoxyd.

Rec. Cupri oxydati quantum vis
Solve calore in
Acidi muriatici puri sufficiente quantitate
et solutionem claram ad crystallisationem evapora.

Crystallos collectos atque siccatos in vitro bene clauso serva.

Columnas exhibet quadrilateres vel crystallos aciculares, colore saturate viridi, sapore acerrimo, aëre deliquescentes, in aqua et alcohole facile solubiles.

Part. const. Cupri 1 pond. mixt. et Chlori 1 pond. mixt. Vis: acris, majori dosi toxica.

† CUPRUM CARBONICUM. Kohlensaures Kupferoxyd.

Rec. Cupri sulphurici puri crystallisati quantum vis
Solve in
Aquae destillatae fervidae Partibus sedecim
Solutioni adde
Liquorem Natri carbonici calefactum,

quamdiu praecipitatum oritur et sepone miscelam, donec in pulverem praecipitatum oritur et sepone miscelam, donec in pulverem granuloso-crystallinum mutatum erit. Tunc colatur, residuum eluatur et leni calore siccatum et in pulverem redactum serva.

Pulverem praebet pallide viridem, ponderosum, in aqua et spiritu vini insolubilem; solvitur autem effervescendo acidis et solutio coerulea reactiones cupri notas exhibet. *Part. const.* Cupri oxydati 2 pond. mixt., Acidi carbonici 1 pond. mixt. et Aquae 1 pond. mixt. $2\,CuO + CO^2 + HO$. Vis: acris, adstringens.

† CUPRUM OXYDATUM. Kupferoxyd.

Rec. Cupri limati puri quantum vis.
Solve in
Acidi nitrici puri concentrati sufficiente quantitate,
solutionem evapora ad siccum et remanentem cande in tigillo agitatione crebra, donec vapores rutilantes non amplius evolvuntur.

Pulvis est fusco-nigrescens, insipidus, ponderosus, in aqua et spiritu vini insolubilis, acidis solvitur, solutionem coeruleam vel viridem praebens.

DECOCTUM DIGITALIS LENTINI. Lentin's Fingerhut-Decoct.

Rec. Herbae Digitalis purpureae concisae Unciam unam
Coque cum Aquae fontanae Libram unam et dimidiam ad Colaturam Unciarum octo,
adde
Spiritus vini rectificati Unciam dimidiam.
Si desideratur, ex tempore parandum est.

DECOCTUM POLLINII. Pollinischer Trank.

Rec. Lapidis Pumicis,
Stibii sulphurati nigri
sacculo linteo in clus.
Radicis Sarsaparillae,
— Chinae, singulorum Drachmam unam et dimidiam.
Corticum exteriorum nucum Juglandium Uncias tres et Drachmas sex.
Coque cum aquae fontanae Unciis viginti duabus per horas duas ad Colaturam Unciarum duodecim.

DECOCTUM RHAMNI FRANGULAE. Faulbaumrinden-Decoct.

Rec. Corticis Rhamni Frangulae Unciam dimidiam.
Coque cum Aquae fontanae sufficiente quantitate ad remanentiam Unciarum septem.
Sub finem coctionis adde
Radicis Rhei Drachmam unam.
Strobilorum Lupuli
Seminis Cardui mariae, singulorum Scrupulum unum
Digere per horas duas in loco frigido et cola.

DECOCTUM SARSAPARILLAE NEUMANNI. Neumann's Sarsaparill-Decoct.

Rec. Radicis Sarsaparillae minutim concisae Unciam unam.
Kali carbonici puri Scrupulum unum.
Macera per horas viginti quatuor cum
Aquae fontanae Libris tribus.
Postea coque cum eadem aqua, lenis ignis ope ad remanentiam Unciarum octo.
Cola.
Si desideratur, ex tempore parandum est.

DECOCTUM ALBUM SYDENHAMI. Sydenham's weißer Trank.

Rec. Micae panis albi Unciam unam,
Coque cum Aquae fontanae quantitatae sufficiente ad colaturam Librarum duarum,
Sub finem coctionis adde
Corticis Cinnamomi zeylanici Scrupulum unum.
In colatura solve
Sacchari albi Drachmas sex.
Si desideratur, ex tempore parandum est.

DECOCTUM ZITTMANNI FORTIUS et MITIUS. Zittmann's stärkerer und schwächerer Trank.

Praescriptio Pharmacopoeae Badensis ita modificetur, ut coctio continuatur ad remanentiam Librarum sedecim.

DEXTRINUM. Dextrin.

Rec. Amyli Partes centum.
Aquae ad + 60° C. calefactae Partes quadringentes.
Misce et calefac perpetua agitatione cum
Malti hordei Partibus duabus et
cum Mucilagine Partis unius Seminis Lini ad + 93° C. tamdiu, donec massa Tinctura Jodi non amplius coerulea, sed violacea tingatur. Liquor seponendo et decanthando clarificatus ad syrupi spissitudinem evaporatur et in calore lenissimo ad pulverem redigatur.

Pulvis est albus, insipidus, facilius solubilis in aqua tepida, quam amylum; Tinctura Jodi non coeruleus tingitur.

Part. const. Carbonei 12, Hydrogenii 10 et Oxygenii 10 pond. mixt. $C^{12} H^{10} O^{10}$.

Vis: demulcens, leniens, nutriens.

† DIGITALINUM. Digitalin. $C^{10} H^9 O^4$.

Rec. Herbae Digitalis pulveratae quantum vis
Alcoholis Vini pond. spec. 0,852 Partes aequales.
Bene mixta stent in vase clauso per 24 horas.

Tum imprime mixtionem in prelum Realianum et bene extrahe cum Alcohole pond. spec. 0,852. Spiritus extractione finita, in pulvere remanens aquam effundendo elici potest.

Liquorem clarum a spiritu blando destillatione separatum aqua conquassatur, quamdiu hujus nova quantitas saporem amarum accipiat. Solutiones aquosas commixtas digere cum

Lythargyri subtilissime pulverati sufficiente quantitate
et Aceti plumbici quantitate minore,

donec liquor a sedimento filtratione separatum addito aceto plumbico non amplius praecipitatur.

E liquore filtrato praecipita acidi sulphurici ope maximam plumbi soluti partem et ultimam partem cum ammonio sulphurico; tum adde liquoris ammonii caustici quantitatem sufficientem ad neutralisationem perfectam et filtra.

Liquori adde Infusum Gallarum vel melius Solutionem Tannini, quamdiu praecipitatum gignitur, quod bene elotum et expressum misce cum Plumbi oxydati hydrati recenter praecipitati sufficiente quantitate.

Mixtionem digestione bene extrahe cum Alcohole pond. spec. 0,852.

E solutionibus alcoholicis plumbum solutum acidi hydrosulphurati ope secerne et blanda destillatione spiritum.

Residuum evapora in vasis planis temperatura + 25° — 30° C. ad siccum et pulverem remanentem digere denuo cum Aethere ab-insolubile, cum Aquae purae partibus octo et bene elotum solve in Alcoholis ferventis pond. spec. 0,83 quantitate sufficiente, solutionem leni calore evapora et residuum temperatura + 20—25° C. exsicca.

Massam exhibet albam verrucose-crystallinam, sapore nauseoso, peramaro acri. Digitalinum solvitur in aquae frigidae 1000, in aquae fervidae 250, nec non temperatura ordinaria in alcoholis pond. spec. 0,850 partibus quatuor. In aethere solvi non potest.

Cum acido sulphurico concentrato Digitalinum colorem rubrofuscum assumit et denique solutionem fuscum reddens; ex solutionibus cum acido muriatico et nitrico aqua addita Digitalinum praecipitatur. Temperatura + 120° C. liquescit et + 145° decomponitur.

Solutio aquosa Digitalini reagentibus non praecipitatur, excepto Tannino. *Part. const.* Carbonei 10 pond. mixt., Hydrogenei 9 pond mixt. et Oxygenei 4 pond. mixt. $C^{10} H^{9} O^{4}$. Vis: vasa serrosa irritans, sanguinis circulationem retardans.

ELIXIR. AMARUM CONCENTRATUM PHARMACOPOEAE BORUSSICAE MILITARIS. Concentrirtes bitteres Elixir.

Rec. Extracti Absinthii Uncias quatuor
Solve in
Aquae fontanae Uncias quatuor
Solutioni adde
Tincturae Pomorum Aurantiorum Uncias duas.
Olei menthae piperitae Guttas viginti quatuor
antea cum
Sacchari albi Uncia dimidia
mixtas.

ELIXIR. AD LONGAM VITAM. Lebens-Elixir.

Syn. Tinctura Aloes composita. Elixir. stomachicum officinale seu Suecicum seu Jernitzii.

Rec. Aloes lucidae Drachmas decem.
Boleti Laricis,
Radicis Rhei,
— Zedoariae,
— Gentianae,
— Galangae,
Myrrhae electae,
Electuarii Theriacae, singulorum Scrupulos octo,
Croci optimi Drachmas duas,
Sacchari albi Uncias quatuor.
Concisis et contusis affunde
Spiritus vini gallici Libras quatuor.

Post digestionem per aliquot dies, subinde vas agitando, exprime et filtra.

Vis: purgans.

† ELECTUARIUM THERIACA. Theriak.

Rec. Mellis despumati Uncias novem
Paullulum calefacto admisce
Opii pulverati, in vini malacensis quantitate
sufficiente soluti, Drachmam unam

Tum adde
Pulveris Radicis Angelicae Drachmas sex
— — Serpentariae Unciam dimidiam,
— — Valerianae,
— — Scillae,
— — Zedoariae,
— Corticis Cinnamomi, singulorum Drachmas duas,
— Cardamomi minoris,
— Myrrhae,
— Coryophyllorum,
— Ferri sulphurici crystallisati, singulorum Drachmam unam.

Misce fiat lege artis electuarium.

Uncia hujus electuarii singula Opii grana circiter quinque continet.

EMETINUM PURUM. Reines Emetin.

Rec. Radicis Ipecacuanha contusae quantum vis
Extrahe cum
Spiritus vini rectificati sufficiente quantitate.
E solutionibus alcoholis commixtis elice destillatione spiritum et residuum evaporatione in balneo aquae ad extracti consistentiam redactum, solve in
Aquae destillatae, paullulum acido muriatico acidulatae, Partibus quatuor
filtra si necesse est et admisce liquori claro
Solutionem Hydrargyri chlorati corrosivi,
quamdiu praecipitatum voluminosum enascitur, quod bene ablutum et siccatum leni calore digere cum
Spiritus vini rectificatissimi quantum requiritur.
Residuum lava cum Alcohole et liquori filtrato admisce
Solutionem Barii sulphurati,
quamdiu turbabitur. Liquori filtrato adde
Acidum sulphuricum dilutum,
donec liquor acidorum modo aegre reagit.

Post iteratam filtrationem evapora liquorem limpidum lenissimo calore, donec omnis Spiritus in auras abierit. Residuum solve in Aquae parva quantitate et liquori filtrato instilla
Liquorem Ammonii caustici,
quamdiu Emetinum secernitur, quod aqua frigida ablutum calore non adhibito siccandum et caute servandum.

Pulvis est albus, aëri immutabilis, inodorus et fere insipidus, alcaliorum modo reagit, leni calore liquefit, calore fortiore de-

struitur; in aqua dificile, in spiritu vini facile solubilis, aethere vix solvitur.

Vis: emetica in exigua dosi, in majori dosi nociva, toxica.

EMPLASTRUM ADHAESIVUM WUCHERERI.
Wucherer's Heftpflaster.

Rec. Emplastri Lythargyri simplicis,
Resinae albae, singulorum Uncias octo,
Colophonii Uncias quatuor,
Cerae flavae Uncias tres,
Adipis Luillae Uncias sesqui ad duas.
Misce fiat lege artis emplastrum.

EMPLASTRUM BELLADONNAE. Tollkrautpflaster.

Rec. Cerae flavae Libram unam,
Colophonii,
Olei olivarum, singulorum Libram dimidiam.
Liquatis et semirefrigeratis admisce,
Pulveris herbae Belladonnae Libram unam
fiat emplastrum.

† EMPLASTRUM CANTHARIDUM CAMPHORATUM.
Kampherhaltiges Cantharidenpflaster.

Rec. Emplastri Cantharidum Unciam unam,
Camphora, pauxillo Olei Olivarum tritae, Scrupulum unum.
Misce ex tempore.

EMPLASTRUM CONSOLIDANS. Vereinigendes Pflaster.

Syn. Emplastrum griseum. Emplastrum de Lapide Calaminari.

Rec. Emplastri Cerussae
— Lythargyri simplicis, singulorum Libram unam
Lapidis Calaminaris
Olibani
Masticbes, singulorum pulveratorum Unciam dimidiam.
Misce ut fiat emplastrum e flavescente fuscum.

EMPLASTRUM DIAPHORETICUM MYNSICHTI. Mynsicht's schweißtreibendes Pflaster.

Rec. Cerae flavae Uncias sex.
Colophonii Uncias duas,
Liquatis et semi refrigeratis adde

Ammoniaci depurati Unciam unam,
Galbani depurati Unciam dimidiam
in
Terebinthinae communis Unciis duabus
in balneo vaporis solutas.
Dein admisce
Myrrhae pulveratae Uncias duas,
Succini pulverati Unciam unam et dimidiam.
Olibani,
Masticbes, singulorum pulveratorum Unciam dimidiam.
ut fiat emplastrum e flavo fuscum.

EMPLASTRUM EMOLLIENS CROCATUM SEUBERTI.
Seubert's safranhaltiges erweichendes Pflaster.

Syn. Emplastrum maturans crocatum.
Rec. Resinae Pini
Cerae flavae
Butyri recentis, singulorum Uncias tres.
Liquatis, colatis et semire frigeratis admisce
Vitelli ovorum Numero duo.
Croci pulverati Drachmam unam
fiat lege artis emplastrum.

EMPLASTRUM FOETIDUM. Stinkendes Pflaster.

Syn. Emplastrum resolvens Schmuckeri.
Rec. Ammoniaci depurati Uncias duas.
Asae foetidae depuratae Unciam unam.
Leni igne emmollitis immisce
Saponis veneti rasi Unciam dimidiam
Olei olivarum Drachmas duas,
ut fiat emplastrum e griseo fuscum, molliusculum, asam foetidam redolens, quod loco frigido serva.

EMPLASTRUM MIRACULOSUM RADEMACHERI.
Rademacher's Wunderpflaster.

Rec. Pulveris subtilissimi Minii Uncias octo,
Olei Olivarum Uncias sedecim,
coque ad colorem fuscum et semirefrigerato admisce,
Succini pulverati Drachmas tres,
Camphorae pulveratae Drachmas duas,
Aluminis usti pulverati Drachmam unam.
Effunde in capsulas.

EMPLASTRUM OPIATUM. Opiumhaltiges Pflaster.

Syn. Emplastrum cephalicum.
Rec. Terebinthinae communis Drachmas tres.
Elemi
Olei olivarum, singulorum Drachmam unam.
In balneo aquae liquatis adde
Mastiches.
Olibani, singulorum pulveratorum Drachmas duas.
Benzoes pulveratae Drachmam unam
Dein in massam homogeneam redactis admisce
Opii pulverati Drachmam dimidiam
ut fiat emplastrum colore nigro-fusco, frigore rigidum quod loco frigido serva.

EMPLASTRUM OXYCROCEUM. Oxycroceums-Pflaster.

Rec. Cerae flavae
Colophonii
Resinae albae, singulorum Libram dimidiam
Leni igne liquefactis et colatis admisce
Orellanae Unciam dimidiam,
antea cum Spiritus vini rectificatissimi quantitate sufficiente contritam, et adde
Ammoniaci pulverati
Galbani pulverati, singulorum Uncias duas
in Terebinthinae venetae Unciis tribus
blando calore solutas. Misce optime ut fiat lege artis emplastrum.
Sit rubro-fuscum, consistentiae durioris.

EMPLASTRUM PLUMBI TANNICI. Gerbsaures Bleipflaster.

Rec. Plumbi tannici subtilissime pulverati Partem unam
Emplastri Lythargyri simplicis Partes duas.
Misce lege artis.

EMPLASTRUM SULPHURATUM. Schwefelpflaster.

Syn. Emplastrum nigrum sulphuratum.
Rec. Colophonii Uncias octodecim.
Liquatis at aliquantulum refrigeratis immisce

Myrrhae pulveratae
Asphalti pulverati, singulorum Uncias quatuor
et adde
Ammoniaci
Galbani
Sagapeni, singulorum depuratorum Uncias quatuor
in Terebinthinae communis Unciis sex
solutas. Tum sub agitatione admisce
Olei Lini sulphurati
— Terebinthinae sulphurati, singulorum Uncias octo
et sub finem
Camphorae, in Olei Olivarum auxillo solutae, Unciam unam et dimidiam
fiat emplastrum molle, nigrum, in vasis bene clausis servandum.

EMPLASTRUM TARTARI STIBIATI. Brechweinstein-Pflaster.

Rec. Emplastri citrini Partes septem.
Tartari stibiati, subtilissime pulverati, Partem unam.
Misce exactissime. Paratur ex tempore.

† ERGOTINUM seu **EXTRACTUM SECALIS CORNUTUM.** Ergotin oder Mutterkorn-Extract.

Rec. Secalis cornuti pulverati quantum vis
Extrahe cum
Aquae frigidae sufficiente quantitate.

Liquorem elicitum calefac in balneo mariae ad coagulationem, filtratum evapora in balneo mariae ad syrupi consistentiam, cui admisce

Spiritus vini rectificatissimi,

quantum requiritur ad perfectam praecipitationem materiae gummosae.

Liquor a praecipitato defiltratum balneo vaporis ad extracti mollis consistentiam evapora.

Sit nigro-fusci, odoris Secalis cornuti, saporis acris, nauseosi, in aqua et spiritu vini solubilis.

Vis: haemostatica.

† EXTRACTUM ACONITI AQUOSUM vel e **SUCCO PARATUM.** Wässeriges Eisenhut-Extract.

Rec. Herbae Aconiti recentis quantum vis.
Concisam in mortario lapideo, pistilli lignei ope, addito pauxillo

aquae, contunde, prelo exprime, succum expressum ad coagulationem albuminis calefactum cola, deinde ad tertiam voluminis partem caute evaporando redige et loco frigido per noctem, ut subsidat, sepone.

Herbam expressam residuam aquae tepidae pondere circiter duplo infunde, per horas sedecim macera, deinde exprime, liquorem expressum eodem modo, quo praecedentem, tracta. Decanthatos, postquam subsederint, et colatos liquores balnei aquae ope in extracti consistentiam redige.

Eodem modo parentur:

† EXTRACTUM HERBAE BELLADONNAE AQUOSUM. Wässriges Tollkraut-Extract.

† EXTRACTUM HERBAE CHELIDONII MAJORIS AQUOSUM. Wässriges Schöllkraut-Extract.

† EXTRACTUM HERBAE CONII MACULATI AQUOSUM. Wässriges Schirlingskraut-Extract.

Syn. Extractum Cicutae aquosum.

† EXTRACTUM HERBAE DIGITALIS AQUOSUM. Wässriges Fingerhut-Extract.

† EXTRACTUM HERBAE GRATIOLAE AQUOSUM. Wässriges Gottesgnadenkraut-Extract.

† EXTRACTUM HERBAE HYOSCYAMI AQUOSUM. Wässriges Bilsenkraut-Extract.

† EXTRACTUM HERBAE LACTUCAE VIROSAE AQUOSUM. Wässriges Giftlattig-Extract.

† EXTRACTUM HERBAE PULSATILLAE AQUOSUM. Wässriges Küchenschellen-Extract.

† EXTRACTUM HERBAE RHOIS TOXICODENDRI AQUOSUM. Wässriges Giftsumachblätter-Extract.

† EXTRACTUM HERBAE SABINAE AQUOSUM. Wässriges Sadebaum-Extract.

† EXTRACTUM HERBAE STRAMONII AQUOSUM. Wässriges Stechapfelkraut-Extract.

† EXTRACTUM HERBAE TAXI BACCATI AQUOSUM. Wässriges Eibenblätter-Extract.

EXTRACTUM FLORUM ARNICAE. Wohlverleihblumen-Extract.

Paretur e floribus Arnicae montanae uti
Extractum Corticum Aurantiorum Pharmacopoeae Badensis.

Eodem modo parentur:

EXTRACTUM CHINAE SPIRITUOSUM. Weingeistiges China-Extract.

EXTRACTUM CROCI. Safran-Extract.

EXTRACTUM CORTICIS RADICIS GRANATORUM. Granatwurzelrinden-Extract.

EXTRACTUM STROBILORUM LUPULI. Hopfen-Extract.

EXTRACTUM RADICIS PIMPINELLAE. Pimpinellwurzel-Extract.

EXTRACTUM RADICIS SENEGAE. Senegawurzel-Extract.

† EXTRACTUM CANNABIS INDICAE. Indisches Hanf-Extract.

Rec. Summitatum Cannabis indicae (Guajah) contusarum Libras quinque et Uncias quatuor
Spiritus vini rectificatissimi Mensuras novem.

Misce, digere per dies septem, cola et digere iterum Summitates cum Spiritus vini rectificatissimi Mensur. quatuor et dimidia per dies quatuor et cola et liquores commixtos filtra.

Tum coque remanentiam summitatum cum Spiritus vini rectificatissimi Mensur. novem per minutas quindecim et filtra ferventer. Tincturas omnes mixtas destillatione partim libera ab Alcohole residuumque evapora leni calore in balneo aquae ad extracti consistentiam.

Sit colore nigrescenti-viridi, odore ac sapore cannabino, in aqua et spiritu aquoso insolubile, in alcohole cum colore viridi solvitur, in otio materiam viridem decedens.

Solutio spirituosa in aqua guttatim instillata turbationem lac-

team subviridem profert, quae liquore kali caustico addito evanescit. In alcohole ligni extractum colore smaragdineo solubile est, paullulum materiae viridis relinquens. In acido acetico extractum insolubile est, sed eodem per viride tingitur. Liquore kali caustici extractum vix solvitur, sed liquor colorem fuscum accipit et solutum acido acetico floccosum praecipitatur.

Liquor ammonii causticus, in quo extractum fere insolubile est, eodem flavo-viridus tingitur et solutum acido acetico colore fusco-viridi praecipitatur.

Cave, ne extractum cannabis indicae, ex Cannabis sativa in India orientali paratum, adulteratum sit.

EXTRACTUM COFFEAE. Kaffee-Extract.

Rec. Seminum Coffeae bene tostorum et in molendina domestica diminutorum quantum vis.
Bene extrahe cum
Aquae fervidae sufficiente quantitate.

Liquores obtentos cola et evapora inter assiduam agitationem in balneo aquae ad extracti mollioris consistentiam.

† EXTRACTUM COLCHICI COMPOSITUM. Zusammengesetztes Zeitlosen-Extract.

Rec. Seminum Colchici contusorum Uncias sex.
Coque eum
Aquae fontanae sufficiente quantitate
per duas vel tres horas, tum adde
Herbae Digitalis concisae
Radicis Levistici concisae, singulorum Uncias tres.

Post coctionem per semi horam liquorem colatum loco frigido per noctem, ut subsidiat, sepone, dein evapora ad extracti spissitudinem.

† EXTRACTUM COLCHICI SIMPLEX. Einfaches Zeitlosen-Extract.

Rec. Seminum Colchici contusorum quantum vis
Coque eum
Aquae fontanae quantitate sufficiente.

Liquores obtentos sepone loco frigido per noctem, ut subsidant; tum cola et evapora in balneo aquae ad extracti consistentiam.

† EXTRACTUM COLOCYNTHIDIS COMPOSITUM. Zusammengesetztes Coloquinten-Extract.

Rec. Pulpae Colocynthidis concisae Drachmas sex,

Macerentur leni calore per triduum cum
Spiritus vini non rectificati Libra una
Liquori cum expressione colato, admisce
Aloes pulveratae Unciam unam cum dimidia,
Scammonii pulverati Unciam dimidiam.
Misceläe, balneo vaporis ad extracti tenuioris consistentiam evaporatae, denique admisceatur
Cardamomi pulverati Drachma una
et nunc ad massae pilularis consistentiam evaporetur.

EXTRACTUM CUBEBARUM. Kubeben-Extract.

Rec. Cubebarum contusarum Libras quatuor.
Aquae communis Libras triginta sex.

Fiat destillatio e vesica cuprea, stanno intus obducta. Libris duodecim in excipulum transgressis, cesset destillatio et oleum aethereum secundum artem ab aqua separatur. Aqua destillata in vesicam rejiciatur, et denuo destillatione abstrahantur Librae duodecim, ut omne oleum, quantum fieri potest, separetur. Residuum bene expressum cum

Spiritus vini rectificatissimi Libris octo

in vesica per viginti quatuor horas digere, et liquore spirituoso defuso, cum pari spiritus vini quantitate digestionem repete. Expressione et filtratione a sedimento liberatum liquorem spirituosum destillationi subjice ad sextae partis remanentiam. Solutionem hanc spirituosam admisce extracto aquoso quod lege artis obtentum erat e decocto aquoso, subsidentia et defusione depurata. Mixta in balneo vaporis ad extracti modice spissioris consistentiam evaporent; sub finem semirefrigeratis adde

Olei Cubebarum prius obtenti Uncias quatuor.

Misce bene, fiat extractum mediocris consistentiae.

Sit e nigro fuscum, odoris et saporis fortis Cubebarum, in aqua aegre et imperfecte solubile.

EXTRACTUM CYNARAE SCOLYMI. Artischocken-Extract.

Paretur ex herba recenti uti Extractum Aconiti aquosum. Itemque ex herba siccata pulverata uti Extractum Absinthii Pharmacopoeae Badensis parari potest.

EXTRACTUM CORTICIS RADICIS GRANATORUM AETHEREUM. Aetherisches Granatwurzelrinden-Extract.

Paretur e Cortice Radicis Granatorum uti Extractum Radicis filicis maris aethereum Pharmacopoeae Badensis.

EXTRACTUM LIGNI GUAJACI. Guajakholz-Extract.

Rec. Ligni Guajaci concisi Partem unam
Infunde cum
Aquae communis Partibus quatuor
et in balneo aquae bullientis, imposito alembico, digere per horas sex, dein fortiter exprime. Eandem operationem eodem modo bis repete. Liquores expressos ad tertiam partem voluminis evaporando redige, ut subsidant, sepone; colatos deinde ad extracti consistentiam evapora.

Est granulosum, colore fusco nigrescente, odore insigni, vanigliae odorem referente, sapore primo aromatico, amaricante, postea radente; cum aqua solutionem turbidam praebens.

† EXTRACTUM HYOSCYAMI E SEMINIBUS. Bilsenkrautsamen-Extract.

Rec. Seminis Hyoscyami, grossiuscule pulverati et expressione frigida ab oleo liberati, Libram unam
Digere leni calore per diem cum
Spiritus vini rectificati Libris duabus
Cola cum expressione et cum nova quantitate
Spiritus vini infusionem, digestionem et expressionem bis repete. E liquoribus filtratis destillatione elice maximam partem spiritus et residuum, balnei vaporis ope, ad extracti consistentiam redige.

Extractum obtentum quadruplo aquae destillatae resolvatur et solutio filtrata, resina rejecta, evaporando in balneo vaporis, denuo ad extracti consistentiam redigatur. Serva in vasibus perfecte clausis.

Pari modo paretur:

† EXTRACTUM SEMINIS STRAMONII. Stechapfelsamen-Extract.

Sint e nigro fusca, odoris narcotici, aëri facile humescunt.

EXTRACTUM FOLIORUM JUGLANDIS. Wallnußblätter-Extract.

Paretur ex foliis recenter siccatis Juglandis regiae ad modum Extracti Absinthii Pharmacopoeae Badensis.

Colore viridicanti rubro-fusco, odore proprio balsamico, sapore primo dulciusculo mucilaginoso, dein aromatico-amaricante, subadstrigente; in aqua solubile, solutione turbida, viridicanti-flava, odorem foliorum aromaticum exhalante.

Eodem modo parentur:

EXTRACTUM RADICIS BARDANAE. Klettenwurzel-Extract.

EXTRACTUM POLYGALAE AMARAE. Bitteres Kreuzblumenkraut-Extract.

EXTRACTUM CORTICIS QUERCUS. Eichenrinden-Extract.

EXTRACTUM CORTICIS RHAMNI FRANGULAE. Faulbaumrinden-Extract.

EXTRACTUM RUBIAE TINCTORUM. Färberröthe-Extract.

EXTRACTUM SALICIS. Weidenrinden-Extract.

EXTRACTUM SARSAPARILLAE. Sarsaparill-Extract.

† **EXTRACTUM HERBAE SOLANI NIGRI.** Schwarz Nachtschattenkraut-Extract.

EXTRACTUM UVAE URSI. Bärentraubenblätter-Extract.

† **EXTRACTUM IPECACUANHAE** seu **EMETINUM COLORATUM.** Ipecacuanha-Extract. Unreines Emetin.

Rec. Radicis Ipecacuanhae grossae pulveratae Libram unam
Digere in vase clauso cum
Spiritus vini rectificatissimi Libris tribus
per aliquot dies. Tum exprime et residuum denuo cum
Spiritus vini rectificatissimi Libris duabus
extrahe. Liquores spirituosos commixtos a spiritu blanda destillatione separatos evapora in balneo aquae ad consistentiam extracti spissi, quod in aquae destillatae partibus quatuor solve et solutionem filtratam evaporatione in balneo aquae temperatura 60° C. agitatione perpetua in pulverem redige. Serva in vitro bene clauso.

Pulvis est flavescenti fuscus, aëre facile diffluens, cum aqua solutionem limpidam praebens.

† EXTRACTUM MEZEREI. Seidelbast-Extract.

Rec. Corticis Mezerei concisi Libram unam
Spiritus vini rectificatissimi Libras quatuor.

Digere per triduum, exprime et denuo eodem quantitate Spiritus vini rectificatissimi digerendo extrahe. Liquores filtratos et commixtos destillatione subjice ad sextae partis remanentiam, quae dein in balneo aquae ad consistentiam extracti evaporetur.

Serva in vase bene obturato.

EXTRACTUM MONESIAE. Monesia-Extract.

Paratur in America meridionale et Gallia e cortice Monesiae.

Massam exhibet siccum fragilissimum, fuscam, in aqua solubilem, gustu primo dulci, Liquiritiae simile, deinde adstringente, acri.

EXTRACTUM CHAEROPHYLLI SYLVESTRIS. Kälberkropf-Extract.

Paretur ex Herba Chaerophylli sylvestris uti Extractum Herbae Aconiti Pharmacopoeae Badensis.

Eodem modo parentur:

† EXTRACTUM HERBAE NICOTIANAE. Tabak-Extract.

† EXTRACTUM FOLIORUM RHOIS TOXICODENDRI. Giftsumach-Extract.

† EXTRACTUM HERBAE SABINAE. Sadebaum-Extract.

† EXTRACTUM HERBAE TAXI BACCATAE. Eibenblätter-Extract.

EXTRACTUM VITIS PAMPINORUM. Weinranken-Extract.

† EXTRACTUM NICOTIANAE RUSTICAE RADEMACHERI. Rademacher's Tabak-Extract.

Rec. Herbae Nicotianae rusticae recentis quantum vis
contunde cum pauxillo Aquae et exprime.

Succum obtentum colatum lege artis ad siccitatem redige.

EXTRACTUM NUCUM JUGLANDIS. Wallnuß-Extract.

Paretur e nucibus Juglandis nondum maturis ad modum Extracti Aconiti aquosi.

Colore fusco nigrescenti lucido, inodorum, sapore acidulo, mucilaginoso, adstringente, aqua solutione turbida e fusco nigrescente solvitur, post aliquod tempus sedimentum nigrescens demittente.

† EXTRACTUM NUCUM VOMICARUM AQUOSUM.
Wässriges Krähenaugen-Extract.

Rec. Nucum vomicarum pulveratarum Libram unam
Aquae fervidae Libras quatuor

Digere, donec refrigescint, tum coque per horam et exprimendo decoctum fervidum cola. Residuum coque iterum cum
Aquae communis Libris quatuor.

Exprime liquorem et decoctionem repete, quoties opus fuerit. Liquores subsidendo et decanthando rite ad siccum evaporent.

EXTRACTUM SEMINIS PHELLANDRII AQUATICI.
Wasserfenchel-Extract.

Rec. Seminis Phellandrii aquatici contusi Libras quinque
Coquantur in vesica destillatoria cum
Aquae communis Libris quadraginta octo

et destillando eliciantur Librae viginti vel quantum opus erit, ad oleum aethereum expellendum (circiter Drachmarum quatuor aut sex.) Hoc separato fluidum in vesica remanens, bene expressum et colatum, evaporet ad extracti tenuioris consistentiam et digeratur semen residuum per horas duodecim cum
Spiritus vini rectificatissimi Libris decem.

Fluidum spirituosum bene expressum, ad separandum spiritum vini, tunc destillationi usque ad quartae partis remanentiam subjiciatur et, hoc modo inspissatum, cum extracto aquoso prius obtentum commixtum, evaporatione balnei vaporis ope ad extracti consistentiam redigatur, cui refrigerato denique admiscenda erit
Olei aetherei, prius obtenti Uncia dimidia in pauxillo spiritus vini rectificatissimi soluta. Servetur extractum in vase bene clauso.

Sit odoris et saporis fortis Phellandrii, in aqua solutionem turbidam praebens. Pars una ejus respondet partibus quatuor seminis Phellandrii pulverati.

FARINA HORDEI PRAEPARATA. Präparirtes Gerstenmehl.

Rec. Farinae Hordei quantum placet

Sacculo linteo arcte inclusa, et in aquam fervidam immissa, per horas viginti quatuor coquatur, donec farina in globum solidum transierit, cujus partem internam pulveratam et siccatam serves

usui. Optime autem apparatus vaporum ope ita paretur, ut farina bene exsiccata vasi infusorio stanneo clauso apparatus immittitur, et per octiduum balnei vaporis exponitur, donec farinam indolem infra dictam induerit; pulveratam et perfecte exsiccatam serves usui.

Sit pulvis farinosus, e luteo rubellus, sapore subdulci, valde mucilaginoso, odore panis recenter cocti, hordaceo.

FERRUM AMMONICO-CITRICUM. Citronensaures Eisenoxyd-Ammoniak.

Rec. Acidi citrici crystallisati Unciam unam
in
aquae destillatae Libra una
soluti, perfecte saturetur
Liquoris Ammonii caustici quantitate sufficiente
et solutioni admisceatur,
Acidi citrici Uncia una
et Ferri oxdati hydrati quantum solvitur.

Solutio filtrata in balneo aquae ad siccum evaporetur.

Pulvis est flavo-fuscus, inodorus, saporis salsi, simulac adstringentis, in aqua solubilis.

Vis: tonica.

✝✝ FERRUM ARSENICICUM. Arsenikfaures Eisen.

Syn. Ferrum oxydulatum arsenicicum.

Rec. Arsenici albi pulverati, singulorum Uncias quatuor.

Mixta crucibulo hassiaco immitantur, ad dimidium tantum implendo, cui aliud crucibulum inversum, in fundo perforatum, leviter super tegatur. Igne caute circumdato, massa, sub divo, primum liquescat, tum, vapores nitrosos et arsenicales (circumspecte evitandos, ne aspirentur) exhalando rubescat, et denique tranquille fluat. Crucibulo ab igne remoto massa salina exempta, in aqua fervida destillata solvatur, et solutioni filtratae admisceatur solutio aquosa concentrata

Ferri sulphurici oxyulati crystallisati

quamdiu praecipitatum efficitur. Praecipitatum aqua destillata sedulo ablutum, loco umbroso siccetur, in vitro clauso solliciter servetur, et maxima cura dispensetur. Fluidum praecipitato supernatans, acido arsenicico adhuc impletum, aequali cura loco separato rejiciatur.

Sit pulvis viridulus, in aqua insolubilis. Acido hydrochlorico

colore aureo solvatur, prunis candentibus adspersus, vapores alliaceos arsenicales exhaleat. Pauxillum apparatui Marshiano immissum, statim maculam arsenicalem, e nigro-fuscam, efficiat.

FERRUM CARBONICUM MELLITUM. Honighaltiges kohlensaures Eisenoxydul.

Rec. Natri carbonici crystallisati Uncias quinque,
Aquae destillatae coctae Uncias viginti,
Mellis albi Unciam unam.

Mixta adhuc calida in lagenam immittantur, quae eodem expletur.

Tum recip. Ferri sulphurici caute parati Uncias quatuor,
Aquae destillatae coctae Uncias viginti,
Mellis albi Unciam unam.

Mixta adhuc calida immitte in lagenam supra solutionem primam capientem, quae affundatur, et si lagena non plane expletur, admisce aquae destillatae coctae quantum satis.

Praecipitatum album cum aqua destillata cocta, semper Mellis Uncia una mixta decanthatione edulcoretur, in sacculo linteo, melle saturato inter spongiis marinis tantum siccetur, quantum pressione fieri potest.

Tum admisce

Mellis Uncias duas, ante evaporatione ab aqua, quod fieri potest, liberati.

Radicis Althaeae pulveratae Unciam dimidiam

Extende massam in bacillis, quae bene siccatae in vitro bene clauso serventur.

Drachma una continet circiter Drachmam dimidiam Ferri carbonici.

Part. const. Ferrum carbonicum oxydulatum commixtum melle et exigua quantitate ferri oxydati hydrati.

Vis: tonica, adstringens, nervina.

FERRUM CHLORATUM. Eisenchlorür.

Syn. Ferrum muriaticum oxydulatum.

Rec. Ferri puri limati Unciam unam
Solve caloris ope in
Acidi muriatici puri diluti quantum satis,

curans, ut pars ferri insoluta remaneat. Solutio fervida filtrata statim in vase ferreo igne fortiore ad cuticulam evaporet et tunc, additis paucis guttis acidi muriatici, leniore calore balneo aquae in

vase porcellanico exsiccetur. Massa salina statim in vitris minoribus, antea calefactis, optime clausis servetur.

Pulvis est salinus e coeruleo-albidus, paullum in viridem vergens, in aqua et spiritu vini solubilis, aethere non solvitur. Solutio aquosa liquore barytae nitricae ne turbetur et tanta aquae quantitate diluta, ut sit colore fere expers, kalio-ferrato cyanato rubro praecipitatum intense coeruleum praebeat et reactiones Ferri oxydati ne ostendat. *Part. const.* Ferri 1 pond. mixt., Chlori 1 pond. mixt.

Vis: tonica, nervina.

FERRUM CITRICUM OXYDATUM. Citronensaures Eisenoxyd.

Rec. Acidi citrici crystallisati quantum vis
Solve in
Aquae destillatae Partibus octo
Solutioni adde
Ferri oxydati hydrati recenter parati
tamdiu coquendo solvitur.

Liquorem filtratum balneo vaporis evaporando et agitando in pulverem redige, quem in vitro bene clauso immitte.

Pulvis est fulvo-fuscus vel rubro-fuscus, inodorus, sapore debili, postea dulciusculo, ferreo, aqua bulliente facile, alcohole forte partim solvitur.

Solutio aquosa admixta kalii ferro-cyanati solutione non tingetur.

Part. const. Ferri oxydati 1 pond. mixt. et Acidi citrici 3 pond. mixt.

FERRUM JODATUM SACCHARATUM. Zuckerhaltiges Jodeisen.

Rec. Ferri limati Unciam dimidiam
Affunde in vase ferreo
Aquae destillatae Unciae tres.
Tum sensim adde
Jodi puri Unciam unam.

Leni calore agitando incalescat, donec color rubro-fuscus in subviridem mutatus sit.

Liquidum tunc citissime in lebetem ferreum politum filtretur, in quo antea immissa sit

Sacchari Lactis Uncia una et dimidia

et filtrum pauxillo aquae destillatae eluatur.

Miscela tunc in lebete ferreo in balneo vaporis agitando evaporet et massae tenaci addatur

Saccharum Lactis Uncia una.

Tunc evaporando et agitando in pulveram redigatur, qui statim in vitrum optime claudendum immittatur.

Pulvis est e flavido-albus, sapore austero, in septem partibus aquae solubilis, solutionem fere limpidam et incoloratam praebens. Solutio aquosa liquore ammonii caustici praecipitatum viridulum praebeat et decocto amyli, tunc aqua chlori admixta, colore obscure coeruleo tingitur. Aëre atmosphaerico humescit et solutio aquosa facile fuscescit, quare non majori copia parandus est. Grana decem continent Granum unum ferri jodati sicci.

FERRUM LACTICUM. Milchsaures Eisen.

Rec. Seri lactis acidi turbidi, a partibus crassioribus caseosis colando privati Libras sex,
Sacchari Lactis Uncias quatuor,
Ferri puri limati Uncias tres.

Macerentur in vase aperto plano temperatura graduum 25—30° Celsii. Si saccharam lactis solutum erit pluries nova ejusdem quantitas immitatur, donec ferrum lacticum, sub forma pulveris albidi fundum petens, nasci incipit. Tunc coque miscelam per aliquot minutas et filtra adhuc fervidam et liquorem filtratum in vase bene clauso per aliquot dies sepone. Liquidum ab crustulis crystallinis secretis defundatur et hae parva copia aquae frigidae et denique paullo spiritus vini rectificatissimi ablutae inter chartam bibulam leni calore siccentur et contritae in vitro clauso serventur.

Pulvis est crystallinus, colore albo, vix flavescente, aëre persistens, sapore subdulci, adstringente, in partibus triginta aquae inpenitus solubilis, spiritu vini aegre solvendus, in spiritu vini rectificatissimo insolubilis. Solutio aquosa chartam lacca musica tinctam vix colore rubro afficiat, addita solutione kalii ferro-cyanati rubri praecipitatum coeruleum edat et admixta plumbi acetici solutione spirituosa limpida ne praecipitetur. *Part. const.* Ferri oxydulati 1 pond. mixt., Acidi lactici 1 et Aquae 3 pond. mixt. $FeO + \bar{L} + 3HO$. Vis: tonica.

FERRUM OXYDATUM FUSCUM. Braunes Eisenoxyd.

Syn. Ferrum carbonicum. Crocus martis aperitivus. Hydras ferricus.

Rec. Natri bicarbonici Uncias quatuor.

Immitte in lagenam vitream collo angustiore praeditam, episto-

mio claudendam, capacitatis Librarum decem ad duodecim
et solve in
Aquae fervidae destillatae Libris quinque
Solutioni adde sensim et caute, saepius agitando,
Ferri sulphurici puri crystallisati Uncias sex,
in
Aquae fervidae Libra una solutas,

ita ut gas acidum evolutum partem vacuam lagenae impleat. Lagenam clausam per horam sepone et liquorem supernatantem a praecipitato albo defunde. Quo facto lagena celeriter aqua pura cocta repleatur et post iteratam sedimentationem fluidum denuo defundatur et eadem operatio tamdiu repetatur, donec praecipitatum perfecte ablutum sit. Denique praecipitatum ope filtri, tandem prelo submissi, a fluido, quantum fieri potest, separatum, inter chartae bibulae strata, ab aëris accessu defensum, lenissime calore siccetur et in vitro clauso servetur.

Pulvis est subtilissimus, fulvo-fusco, inodorus, insipidus, acido muriatico superaffuso effervescendo solvatur; natro sulphurico et carbonico sit liber, coquendo cum aqua extrahendis. *Part. const.* Ferrum oxydatum hydratum et Acidum carbonicum. **Vis**: tonica, adstringens, nervina.

FERRUM PHOSPHORICUM OXYDULATUM. Phosphorsaures Eisenoxydul.

Rec. Ferri sulphurici puri crystallisati Uncias tres
Solve in
Aquae destillatae Unciis octodecim
Solutioni instilla
Natri phosphorici Uncias quatuor
in
Aquae destillatae Unciis viginti solutas,

vel quantum ad praecipitationem perfectam requiritur. Praecipitatum bene ablue, sicca et serva.

Sit pulvis subtilissimus, sordide coeruleus, in aqua insolubilis, in acido nitrico et muriatico diluto leni calore solvatur.

Part. const. Ferrum phosphoricum oxydulatum commixtum quantitate variabili ferri phosphorici oxydati. **Vis**: tonica.

FERRUM VALERIANICUM. Baldriansaures Eisen.

Rec. Natri valerianici quantum vis
Solve modico calore in
Aquae destillatae quantitate sufficiente

Solutioni adhuc calidae admiscc,

Liquorem ferri muriatici oxydati dilutum, quamdiu praecipitatum gignitur, quod bene ablutum et siccatum in vitris probe clausis serva.

Pulvis est rubro-fuscus, sapore subadstringente, odore leviacidi valcrianico, in aqua frigida insolubilis. *Part. const.* Ferri oxydati 3 pond. mixt., Acidi valerianici 7 pond. mixt. et Aquae 2 pond. mixt. $3Fe^2O^3 + 7\overline{V}a + 2HO$. **Vis**: tonica, adstringens, nervina.

FOLIA SENNAE DEPURATA. Gereinigte Sennesblätter.

Rec. Foliorum Sennae optimae indolis quantum libet
Macerentur per noctem in vase clauso cum
Spiritus vini rectificatissimi tantum,
ut perfecte ab illo tegantur.

Post digestionem exprimantur et bene siccantur.

Sint colore e subflavo-viride. **Vis**: cathartica.

FOMENTUM (MIXTURA) HEISTERI. Heister's Bähung.

Rec. Lythargyri subtilissime pulverati Uncias sex
Boli armenae pulveratae Unciam unam
Masticheś
Myrrhae, singulorum pulveratorum Unciam dimidiam
Aceti vini Libram unam

Misce et coque per quadrantem horam.

Paretur, si desideratur, ex tempore.

GARGARISMA EMOLLIENS. Erweichendes Gurgelwasser.

Rec. Specierum ad Gargarisma Unciam unam
Infunde cum Aquae ferventis quantum satis
ad colaturam Librae unius,
cui adde
Oxymellis simplicis Unciam unam
Misce.

GLOBULI SULPHURATI. Schwefelkugeln.

Syn. Boules Barègiennes.

Rec. Calcii sulphurati, subtilissime pulverati, Unciam unam et dimidiam.
Natrii chlorati crudi, subtilissime pulverati, Unciam dimidiam

Extracti Saponariae Drachmam unam.

Solutionis Collae animalis spissioris quantum sufficit, ut fiat bolus, balneo singulo in serviens.

GLYCERINUM. Glycerin.

Rec. Aquae malaxatione Emplastri Lythargyri simplicis, obtentae quantum vis

Immitte gas acidi hydrosulphurati, quamdiu praecipitatum nigrum oritur, tum filtra et liquorem balneo vaporis ad syrupi consistentiam evapora.

Glycerinum etiam parari potest sequenti modo:

Rec. Muriae alcalinae, paratione saponis et separatione ab eo obtentae, quantum vis.

Instilletur acidi sulphurici diluti quantum requiritur ad reactionem neutralem et liquor post digestionem cum Barytae carbonicae quantitate sufficiente, filtratus ad syrupi consistentiam evaporetur.

Residuum extrahe cum

Alcohole pond. specif. 0,833.

E solutione destillata Alcoholem residuumque evaporando in balneo vaporis ad consistentiam syrupi, redigatur.

Liquor spissus, consistentia syrupi, fere expers vel subflavus, inodorus, sapore dulci, cum quavis quantitate aquae et alcoholis commisceri potest, aethere non solvitur, acidis pluribus se conjunget et destillatione sicca Acroleinum praebet. Pond. spec. 1,27. *Part. const.* Carbonei 6, Hydrogenei 8 et Oxygenei 6 pond. mixt. $C^6 H^8 O^6$.

GRAPHITES DEPURATUS. Gereinigter Graphit.

Rec. Graphitae anglicae subtilissime laevigati Libram unam

Decoque in Aquae communis sufficiente quantitate per horam. Tum aqua decanthata, affunde

Acidi muriatici crudi

— nitrici crudi, singulorum Uncias duas,

Aquae communis Uncias octo.

Digere per nychtemerum saepius agitando. Liquorem acidum decantha et residuum Aquae communis sufficiente quantitate edulcora et sicca.

† HYDRARGYRUM ACETICUM OXYDULATUM. Essigsaures Quecksilberoxyd.

Syn. Acetas hydrargyrosus. Mercurius acetatus.

Rec. Liquoris Hydrargyri nitrici oxydulati recenter parati,
Aquae destillatae, singulorum Uncias quatuor et dimidiam
Calefactis affunde
Liquoris Kali acetici Unciam unam et dimidiam
Ebulliant semel et celeriter in vas vitrum nigrum filtrentur.

Post refrigerationem praecipitatum album crystallinum enatum in filtrum injiciatur; in eo aqua destillata frigida, lucem arcendo, abluatur, inter chartam bibulam absque calore siccetur et in vase nigro caute servetur.

Sint crystalluli tenues, squamaeformes, candidi et argenti instar nitentes, luminis aditu nigrescunt, in aqua vix solubiles, aqua bulliente et acidis fortioribus decomponuntur, in alcohole insolubiles, igne aucto avolantes, sapore ingrato metallico.

Part. const. Hydrargyri oxydulati 1 pond. mixt. et Acidi acetici 1 pond. mixt.

Vis: antisyphilitica.

† HYDRARGYRUM cum CRETA. Quecksilber mit Kreide.

Rec. Hydrargyri depurati Uncias tres
Cretae albae pulveratae Uncias quinque
Additis aliquot guttis aquae, ut miscela consistentiam electuarii habeat, perpetue terantur usque ad perfectam extinctionem hydrargyri metallici.

Sit pulvis griseus; globuli metallici oculis non conspiciantur.

HYDRARGYRUM DEPURATUM. Gereinigtes Quecksilber.

Rec. Hydrargyri venalis Uncias triginta duas
Conquassantur in vitro cum
Liquoris ferri sesqui chlorati Drachmis sex
Aquae destillatae Uncia dimidia.

Antea mixtis, donec hydrargyrum in formam pulverulentam redactum sit. Tum loco frigido per horas duodecim reponatur. Liquido tunc separato hydrargyrum in vase porcellaneo cum

Acidi muriatici puri Uncia dimidia

et tunc cum aqua destillata fervida, quantum opus erit, bene eluatur. Aqua adhaerens denique chartae bibulae ope separetur et hydrargyrum in balneo vaporis perfecte exsiccetur.

Sit splendoris metallici, aestu, nullo residuo relicto, volatile, frigore neque acido muriatico, nec sulphurico solubile; acido nitrico

facile et perfecte solvitur. Aëre conquassatum superficie pulverem griseum ne monstrat.

† HYDRARGYRUM OXYDULATUM NIGRUM PURUM.
Reines Quecksilberoxydul.

Rec. Liquoris hydrargyri nitrici oxydulati quantum vis
Instilla
Liquoris Kali caustici eam quantitatem,
ut kali satis praevaleat. Praecipitatem enatum filtro separatum, aqua destillata probe ablutum et leni calore siccatum loco obscuro frigido in vitris nigris bene clausis serva.

Pulvis est niger vel griseo-niger, inodorus et insipidus, aqua insolubilis, acido-nitrico facile solvitur; luminis aditu decomponitur in hydrargyrum oxydatum et metallicum, calore aucto avolat.

Sit non nigro-rubescens, hydrargyro oxydato liberum, quod solutione in acido hydrochlorico agnoscitur. *Part. const.* Hydrargyri metallici 2 pond. mixt. et Oxygenii 1 pond. mixt.

† HYDRARGYRUM SUBSULPHURICUM OXYDATUM.
Basisch schwefelsaures Quecksilberoxyd.

Syn. Hydrargyrum sulphuricum basicum. Mercurius praecipitatus flavus. Turpethum minerale.

Rec. Hydrargyri depurati partes duas,
Acidi sulphurici concentrati Partes tres.

Immissa in vas porcellaneum aut in retortam vitream evaporentur inter lenem ebullitionem ad siccitatem perfectam. Residuo refrigerato partes octo aquae destillatae ferventis infunde et per horae fere quadrantem fac ebullire, ut pulvis flavus ad imum vertatur; quem in filtro collectum rite aqua ablue et siccatum vitro a luminis aditu defenso serva.

Sit pulvis citrinus, pond. spec. 6,44, et in aqua frigida vix, in fervente parum solubilis, in spiritu vini insolubilis, addito acido sulphurico in sal album convertendus, majori acidi copia penitus solvendus; calore aucto gas sulphurosum edens, deinde in oxydum rubrum transiens, denique sine residuo avolans. *Part. const.* Hydrargyri oxydati 3 pond. mixt., Acidi sulphurici 1 pond. mixt.

Vis: emetica, purgans.

KALI CARBONICUM DEPURATUM. Gereinigtes kohlensaures Kali.

Syn. Kali carbonicum e Cineribus clavellatis.

Rec. Kali carbonici crudi pulverati Partem unam

Infunde

Aquae destillatae frigidae Partes duas.

Stent in vase lapideo per aliquot dies, saepius agitando, tunc filtretur. Liqur filtratus evaporet, donec cuticula appareat tum per sex dies loco frigido seponatur, ut salia neutra in crystallos concrescunt; tum decanthetur et evaporatione ad siccum redigatur. Sal siccum in

Aquae destillatae frigidae quantitate aequali

solvatur, solutio filtretur et leni calore ad siccum evaporetur. Sal ad huc calidum in pulverem grossiusculum tere et statim in vitro probe claudendo serva.

Sit candidum, siccum, in aquae destillatae frigidae pari pondere ex toto solubilis, silicae et natrii vel kalii chlorati nonnisi vestigia, calcariae vix indicia retinens, kali sulphurico alumina et metallis liberum, quod solutione ejus aquosa, acido nitrico puro neutralisato, tum argenti nitrici, tum ammonii oxalici, tum barytae nitricae solutione, denique aqua hydrothionica, vel liquore ammonii caustici probatur.

Part. const. Kali 1 pond. mixt., Acidi carbonici 1 pond. mixt. **Vis**: antacida, diuretica.

KALI NITRICUM DEPURATUM. Gereinigter Salpeter.

Syn. Nitrum depuratum.

Rec. Kali nitrici crystallisati venalis quantum vis.

Solve in

Aquae destillatae ferventis pondere duplo.

Solutionem breviter ebullitam filtra et loco frigido spathula lignea agitetur, donec refrigerata nihil amplius crystallulorum demittat. Lixivio defuso, pulverem crystallinum linteo, ut a fluido adhaerente separetur, immitte, postea decima parte aquae frigidae purae ablue et modico calore sicca.

Sit pulvis crystallinus, candidus, siccus, aëre persistens, in aquae frigidae partibus septem, aquae ferventis minore, quam pari pondere solubilis; solutio, cum aqua pura parata, liquore argenti nitrico vix opalescat, liquore nec barytae nitricae, nec kali carbonici turbetur. *Part. const.* Kalii oxydati 1 pond. mixt., Aciti nitrici 1 pond. mixt. **Vis**: antiphlogistica, majori dosi acriter venenosa.

† KALIUM BROMATUM. Bromkalium.

Syn. Kali hydrobromicum.

Rec. Ferri limati Partem unam,

Aquae destillatae Partes duodecim

sensim admisce in cucurbita collo longo

Bromi Partes duas.

Post perfectam reactionem liquorem subviridem decantha et calefacto sensim adde

Liquorem kali carbonici puri,

donec praecipitatum non amplius appareat. Tunc pergat ebullitio per quadrantem horae et liquor dein filtratus evaporetur. Si liquidum per evaporationem concentratam reactionem alcalinam ostendit, admisce illi Acidum hydrobromicum ad perfectam neutralisationem. Solutio denique ad justam spissitudinem evaporata seponatur, ut fiant crystalli.

Crystallos exhibet decolores cubicos vel irregulares, saporis salsi, acris, aëri persistentes, aqua facile, spiritu vini difficile solvuntur. Nec curcumam tingunt, nec laccam coeruleam. Sal calore aucto liquefit, non decomponitur. Cum acido sulphurico mixtum vapores rubicundos suffocantes (Bromi) emittit et solutio aquosa addito acido muriatico non tingeatur.

Inquinatio salis kali carbonico reactionc alcalina et effervescentia affuso acido acetico concentrato vel muriatico diluto agnoscitur. Si kalium bromatum kali bromico inquinatum est, calore aucto gas oxygenium emittit. *Part. const.* Kalii 1 pond. mixt. et Bromi 1 pond. mixt. Vis: systema lymphaticum resolvens.

† KALIUM CYANATUM. Cyankalium.

Syn. Kali hydrocyanicum.

Kali caustici puri recens parati atque fusi Unciam unam,

Spiritus vini rectificatissimi Uncias tres.

Mixta stent agitatione per horas viginti quatuor, donec kali partibus adhaesivam abierit. In liquorem filtratum immitte Gas hydrocyanicum,

ex Kalii ferro-cyanati Uncia una

Acidi sulphurici concentrati,

Aquae destillatae, singuloruum Uncia dimidia

paratum.

Kalium cyanatnm enatum, quia a Spiritu vini non dissolvitur, in sedimentum crystallinum coit. Conducit vapores hydrocyanicos excedentes in lixivium immittere, nc crystalli obtenti a lixivio caustico adhaerente inquinatur.

Lixivium causticum eo calefactum aqua frigida circumdata refrigescat. Postquam vapores hydrocyanici ex toto evoluti fuerint, apparatum dirime, liquor alcalinum in locum frigidum sepone, ut crystalli crescant. Liquorem innatantem primum effunde, crystal-

los in filtrum conjice, post liquidum eguttaverit, exprime inter chartam bibulam, cito exsicca in lamina ferrea calefacta et ingere extemplo in vitrum optime claudendum.

Liquidum a crystallis eguttatum in retortulam vitream cito ingere et leni destillatiane ad volumen parvum redige, frigefacto affunde

Spiritus vini rectificatissimi quantum satis

ut sedimentum crystallinum non amplius efficiatur, quod eodem modo collectum, lotum, expressum et siccatum conde.

Sal albissimum aqua facile solubile, saporis acris alcalini, amari, simulque hydrocyanici, odorem semper levem hydrocyanicum spargens, ex decompositione quadam tarda; acidis omnibus facile decomponitur et odor fortissimus acidi hydrocyanici erumpit. Solutio aquosa recens parata addita solutione ferri sulphurici oxydulati-oxydati, tunc kali caustico, tandem acido muriatico excedente praecipitatum obscure coeruleum, argento nitrico instillato praecipitatam album largum, caseosum praebeat. *Part. const.* Kalii 1 pond. mixt. et Cyani 1 pond. mixt. Usus: ad reactiones chemicas.

LAC MAGNESIAE. Magnesia-Milch.

Magnesiae ustae Drachmas duas
Aquae destillatae Drachmas decem
Pulveris Sacchari albi Unciam unam et dimidiam
Aquae Naphae Unciam dimidiam.
Misce.

LIMONADA COCTA. Gekochte Limonade.

Fructus Citri Numero unum
in taleolas scissi
Sachari albi Unciam unam
Aquae fervidae Uncias octodecim
Post ebullitionem coletur.

LIMONADA SIMPLEX. Einfache Limonade.

Fructus Citri Numero unum,
Sacchari albi Unciam unam,
Aquae fontanae Uncias duodecim.
Fiat lege artis limonada.

LINCTUS ALBUS. Weißer Leckſaft.

Syn. Looch album Parisiense.
Rec. Olei Amygdalarum dulcium Unciam dimidiam.
Gummi Tragacanthae pulveratae Scrupulum

Aquae communis Uncias tres et dimidiam.

Fiat lege artis in mortario porcellaneo optime terendo emulsio spissa, cui denique admisce

Syrupi Amygdalarum Uncias duas.

Paretur ex tempore. Vis: demulcens, involvens.

LINIMENTUM DIURETICUM. Harntreibendes Liniment.

Rec. Olei Terebinthinae rectificati Unciam dimidiam
Tere cum
Vitello ovi unius
et sensim admisce
Aquae Menthae piperitae Uncias sex.
Paretur ex tempore.

LINIMENTUM SAPONATO-CAMPHORATUM LIQUIDUM. Flüssiges campherhaltiges Seifenliniment.

Rec. Saponis veneti Uncias sex,
Camphorae Uncias duas,
Spiritus Anthos Uncia triginta duas.
Solve et filtra.

LINIMENTUM SAPONATO-JODATUM. Jodhaltiges Seifenliniment.

Syn. Balsamum jodatum. Sapojodatus.

Rec. Saponis sebacei anglici Unciam unam et dimidiam
Solve in
Spiritus vini rectificati Unciis quatuor.
Solutio filtrata fervide commisceatur cum solutione fervida
Kalii jodati Drachmarum quinque
cum
Spiritus vini rectificati Unciis quatuor
parata et denique addatur
Olei Lavandulae Scrupulus unus.

Linimentum in vitris, orificio amplo praeditis, bene claudendis, refrigeretur.

Referat gelatinam opalescenti-pellucidam cum reactione Jodi. Vis: resolvens.

LINIMENTUM SULPHURATUM. Schwefelliniment.

Syn. Linimentum Hornii. Linimentum contra Scabiem.

Rec. Sulphuris depurati

Saponis nigris singulorum Partem unam
Aquae fervidae Partes tres.

Fiat lege artis linimentum. Paretur ex tempore. Vis: antiscabiosa.

LIQUOR AMMONII AROMATICUS. Aromatische Ammoniakflüssigkeit.

Syn. Spiritus Salis ammoniaci aromaticus. Sal volatile oleosum Sylvii. Aromatischer Salmiakgeist.

Rec. Spiritus vini rectificatissimi Uncias sedecim
Liquoris Ammonii caustici spirituosi Uncias octo.
Olei Caryophyllorum
— Citri
— Macidis
— Majoranae, singuloram Drachmam unam

Misce et per aliquod dies repone, donec colorem e rubro-fuscum acquisiverint, tum filtra et in vitro bene clauso serva.

Sit limpidus, e rubro-fuscus, odoris amoniacalis aromatici, pond. spec. 0,85.

LIQUOR AMMONII SULPHURATI. Schwefelammonium-Flüssigkeit.

Syn. Liquor seu Spiritus Sulphuris volatilis seu fumans Beguini et Boylii.

Rec. Calcariae ustae, in pulverem tritae, Uncias tres,
Ammonii muriatici Uncias duas,
Sulphuris depurati Unciam unam.

Mixta in retortam vitream immitte, cui statim applicetur excipulum amplum, continens

Aquae destillatae Uncias tres.

Juncturis bene clausis destilla, igne sensim aucto, ad siccum.

Liquorem obtentum in vitro bene clauso serva.

Sit coloris aurei, foetorem hydrosulphuratum ammoniacalem spargens, ponderis spec. 0,98.

LIQUOR ANODYNUS TEREBINTHINATUS RADEMACHERI. Rademacher's terpentinölhaltiger schmerzstillender Liquor.

Rec. Spiritus sulphurico-aetherei Unciam unam
Olei Terebinthinae rectificati Scrupulos duos.

Misce.

LIQUOR ANTISPASTICUS BENARDII. Benard's krampfwidriger Liquor.

Rec. Tincturae Asae foetidae Unciam dimidiam
— Castorei canadensis.
Aetheris, singulorum Drachmas duas,
Tincturae opii crocatae Drachmam unam.
Misce.

LIQUOR CALCARIAE MURIATICI RADEMACHER. Rademacher's salzsaure Kalkflüssigkeit.

Rec. Calcariae muriaticae purae Partem unam
Aquae destillatae Partes duas.
Solve et filtra.

† LIQUOR CUPRI ACETICI. Wässriges essigsaures Kupferoxyd.

Rec. Cupri acetici crystallisati Grana duodecim.
Aquae destillatae Unciam unam.
Solve et filtra.

† LIQUOR CUPRI AMMONIATO-MURIATICI. Wässriges salzsaures Kupfer-Ammoniak.

Syn. Liquor antimiasmaticus Köchlini.
Rec. Cupri sulphurici puri Drachmam unam
Aquae destillatae Uncias duas et dimidiam.
Solve et solutioni instilla
Liquoris kali carbonici quantum sufficit ad perfectam praecipitationem. Praecipitatum bene ablue et sicca.
Hujus Cupri carbonici Grana triginta quinque
Solve in
Acidi muriatici quantitate sufficiente
et solutioni admisce
Ammonii muriatici pulverati Unciam unam
Aquae destillatae quantum requiritur,
ut pondus liquoris obtenti Unciarum quinque efficiatur.

Sit limpidus, coloris smaragdini, saporis styplici metallici, pond. spec. 1,070. Drachma una continet cupri metallici granum dimidium et Grana duodecim ammonii muriatici.

Part. const. Cuprum muriaticum oxydatum et Ammonium muriaticum. Vis: antisyphilitica.

LIQUOR FERRI JODATI seu SESQUIJODATI.
Wässriges Jodeisen.

Rec. Ferri pulverati Drachmas tres,
Jodi puri Unciam unam,
Aquae destillatae Uncias quatuor.

Vitro, satis amplo, immissis, fiat leni agitatione solutio ferri jodati, coloris diluti viriduli. In solutione filtrata solvantur
Jodi puri Uncia semis
et solutione peracta, admisceatur
Aquae destillatae, quantum requiritur, ut
pondus totius liquoris respondeat Unciis viginti.

Sit ponderis spec. 1,07, limpidus, coloris saturatae rubro-fusci, saporis stytici, odorem jodi paullulum exhalans. Vis: tonica, resolvens, antiscrophulosa.

LIQUOR FERRI NITRICI OXYDATI. Wässriges salpetersaures Eisenoxyd.

Rec. Ferri limati Drachmas duas,
Acidi nitrici puri Uncias duas et dimidiam
Solutioni ad ebullitionem calefactae et refrigeratae adde
Acidi nitrici puri Grana decem,
Aquae destillatae quantum satis,
ut pondus liquoris sit Unciarum quinque. Pond. spec. 1,145.

LIQUOR FERRI SULPHURICI OXYDATI. Schwefelsaure Eisenoxydlösung.

Rec. Ferri sulphurici puri crystallisati Uncias sedecim
Solvantur in
Aquae destillatae Unciis viginti,
Acidi sulphurici concentrati Unciis duabus cum Drachmis sex
antea mixtis.

Patinae porcellaneae immissae calefiant modico calore et addendo acidi nitrici quantitatem sufficientem ferrum sulphuricum perfecte oxydetur.

Liquidum tunc ad syrupi consistentiam evaporet, et eo modo ab acido nitrico perfecte privatum, ea quantitate aquae destillatae, diluatur, ut pondus omnium respondeat Unciis triginta duo.

Liquor ferri sulphurici oxydati hoc modo obtentus tunc in vitro epistomio vitreo bene clauso ad usum reponatur.

Sit rubro-fuscus, pond. spec. 1,40.

┼┼ LIQUOR HYDRARGYRI et ARSENICI JODATI.
Wässriges Jodquecksilber — Jodarsenik.

Rec. Arsenici metallici Grana sex et octo centesima (6,08)
Hydrargyri Grana quindecim et tiginta octo centesima (15,38)
Jodi Grana quinquaginta
Alcoholis Drachmam unam

tere tamdiu, donec massa, primo fusca, ex rubro pallens et sicca sit, tum coque in cucurbita per minutas aliquot cum
Aquae destillatae Unciis octo,
Acidi hydrojodici Drachma una (Jodi Grana duo continens)
Pondus liquoris refrigerati sit Unciarum octo.

┼┼ LIQUOR HYDRARGYRI NITRICI OXYDATI.
Wässriges salpetersaures Quecksilberoxyd.

Rec. Hydrargyri oxydati rubri Unciam unam
Solve in
Acidi nitrici puri quantitate sufficiente,
et solutioni adde
Aquae destillatae tantum,
ut pondus totius sit Unciarum octo.

Liquorem decanthatum in vitro bene obturato loco obscuro caute serva.

Sit limpidus, absque colore et acidi muriatici et hydrargyri oxydulati expers. Pond. spec. 1,175—1,185. Acidum muriaticum liquore argenti nitrici affuso, hydrargyrum oxydulatum addito natro muriatico cognoscitur.

┼ LIQUOR KALI CAUSTICI. Wässriges Aetzkali.

Syn. Liquor Kali hydrici. Lixivium causticum.

Rec. Kali carbonici depurati quantum vis.
In lebete ferreo solve in
Aquae destillatae partibus viginti

Solutioni ad ebullitionem calefactae admisce sensim inter ebullitionem continuam et agitatione perpetua spathula ferrea
Calcariam causticam aqua recenter ad pultem extinctam

donec pars liquidi bullientis filtrata nec aqua calcis praecipitetur, nec acido muriatico effervescat. Liquorem bullientem cola per linteum antea bene elotum. Liquidum in lagenas vitreas obturandas immissum postquam subsederit, decanthetur et evaporet, donec justum pondus specificum acquisiverit. In lagenis, plumbo perfecte liberis, bene obturatis caute serva.

Ex tempore etiam parari potest, solvendo kali causticum siccum vel fusum in ea quantitatae aquae destillatae, ut solutio limpida sit ponderis specifici infra designati.

Sit coloris fere expers vel flavescentis, cum acido muriatico saturatus, vix effervescat, nec turbetur. Liquor neutralisatus addito liquore kali oxalici nullum praecipitatum demittat. Pondus specificum sit 1,33—1,34.

Eodem modo paretur:

LIQUOR NATRI CAUSTICI. Wässriges Aetznatron.

Syn. Liquor Hydratis natrici.

Sit limpidus, coloris expers vel flavescentis, ponderis specifici 1,32.

LIQUOR KALI CITRATI. Wässriges citronensaures Kali.

Syn. Potio Riveri. Mixtura salina Riveri. Saturatio kali carbonici.

Rec. Kali carbonici puri Drachmam unam
In vitrum immissam solve in
Aquae destillatae Unciis tribus
Sensim adde optime conquassando
Acidi citrici crystallisati in frustulis Drachmam unam.

Mixtione peracta vitrum statim claudatur. Paratur ex tempore.

Sit limpidus, coloris expers, paullulum effervescens, saporis salini. Vis: temperans, digestiva.

LIQUOR NATRI CHLORATI. Wässriges Chlornatron.

Syn. Liquor Natri hypochlorosi. Liquor Natri oxymuriatici. Liqueur de Labarraque.

Rec. Natrici carbonici depurati Uncias quindecim
solve in
Aquae destillatae Unciis triginta quinque
Impraegnetur solutio in apparatu Woulfiano
cum
Gase Chlori
elicito leni calore ex
Acidi hydrochlorati Unciis sex,
Mangani hyperoxydati natrici pulverati Unciis duabus.

Liquor obtentus, loco obscuro in lagenis bene obturatis servetur.

Liquidum praebet, limpidum, chlorum redolens, pond. spec. 1,08. Chlori volumina duo contineat, quod chlorometri ope eo

modo explorandum, ut liquoris natri chlorati volumen unum liquoris chlorometrici volumina duo decoloret.

LIQUOR NATRI NITRICI RADEMACHERI. Rademacher's wässriges salpetersaures Natron.

Rec. Natri nitrici Partem unam
Aquae destillatae Partes duas.
Solve, filtra. Pond. spec. 1,243.

LIQUOR SAPONIS STIBIATI. Spießglanzseifen-Flüssigkeit.

Syn. Sulphur auratum liquidum. Tinctura antimonii Jacobi.

Rec. Antimonii sulphurati Unciam unam
Solve digerendo in
Liquoris kali caustici sufficiente quantitate.
Solutioni adde
Saponis medicati rasi Uncias tres
Spiritus vini rectificatissimi
Aquae destillatae singulorum Uncias sex.

Digerantur leni calore, subinde agitando. Liquorem filtratum in vitris parvis, bene obturatis serva.

Sit liquor limpidus coloris e fusco-flavi, qui, acido sulphurico affuso, cum expulsione gasis hydrosulphurati et liquoris turbatione, in colorem aurantiacum transeat. Pond. spec. 1,10—1,11.

LIQUOR ZINCI CHLORATI. Wässriges Chlorzink.

Syn. Liquor Zinci muriatici.

Rec. Zinci chlorati sicci Partem unam
Aquae destillatae Partes quindecim.
Solve, filtra.
Sit liquor limpidus, coloris expers, pond. spec. 1,06.

MAGNESIA BITARTARICA. Doppelt weinsteinsaure Magnesia.

Rec. Acidi tartarici Uncias quatuor.
Solve in
Aquae destillatae fervidae Libris quatuor
Solutioni admisce sensim
Magnesiae carbonicae Uncias quinque.

Liquorem calidum cola et sepone liquidum clarum in loco frigido, ut fiat crystallisatio.

Crystallis collectis, liquorem defunde, quem evapores, tunc

effice crystallisationem, quamdiu fieri potest. Sal leni calore siccatum serva.

Sint crystalli vel crustulae crystallinae albae, in aquae partibus quinquaginta tribus solubiles. *Part. const.* Magnesiae 1 pond. mixt., Acidi sulphurici 2 pond. mixt.

MAGNESIA CITRICA. Citronensaure Magnesia.

Rec. Acidi citrici quantum vis.
Solve in
Aquae destillatae decuplo
satura cum
Magnesiae carbonicae quantum satis
et liquorem filtratum in balneo vaporis ad siccum evapora.

Pulvis albus, levis, in aqua fere insolubilis. *Part. const.* Magnesiae 1 pond. mixt., Acidi citrici 1 pond. mixt.

MAGNESIA PHOSPHORICA. Phosphorsaure Magnesia.

Rec. Natri phosphorici Uncias quatuor.
Solve in
Aquae destillatae Libris duabus
et filtra. Solutioni adde
Magnesiae sulphuricae purae Uncias quatuor
in
Aquae destillatae Libris duabus
solutas. Pracipitatum enatum bene ablutum sicca et serva.

Sit pulvis crystallinus albissimus, in aqua difficillime solubilis. *Part. const.* Magnesiae 2 pond., Acidi phosphorici 1 pond. mixt. et Aqua 15 pond. mixt. ($2MgO + PO^5 + HO + 14\ HO$.)

MAGNESIA TARTARICA. Weinsteinsaure Magnesia.

Rec. Acidi tartarici Unciam unam.
Solve in
Aquae destillatae fervidae Unciis decem
Solutioni admisce sensim
Magnesiae carbonicae Drachmas quinque
vel quantum calore solvitur. Liquorem calidum filtra et evapora ad siccum. Residuum in pulverem tritum serva in vitris.

Pulvis est albus, levis, in aqua vix solubilis. *Part. const.* Magnesiae 1 pond. mixt., Acidi tartarici 1 pond. mixt.

MAGNESIA VALERIANICA. Baldriansaure Magnesia.

Rec. Acidi valerianici Partem unam
Solve in
Aquae destillatae Partes sexaginta
Solutioni admisce
Magnesiam carbonicam recenter praecipitatam, quamdiu in calore solvitur.

Liquorem filtratum balneo vaporis ad crystallisationem evaporetur,

Loco solutionis supra descriptae acidi valeriani adhiberi possit destillatum aquosum a paratione acidi valerianici remanens et acidum solutum retinens.

Sal exhibet crystallos prismaticos, regulares, albos, in aqua, sed vix in alcohole solubiles, odore insigni acidi valerianici. *Part.* Magnesiae 1 pond. mixt., Acidi valerianici 1 pond. mixt. **Vis:** nervina, antispasmodica.

MANNITUM. Mannit. Mannazucker.

Rec. Mannae calabrinae quantum vis
Solve in
Spiritus vini rectificatissimi ferventis sufficiente quantitate
Solutionem fervidam filtra in vas porcellaneum.

Refrigeratione et evaporatione crystalli accipiuntur, quae pressione inter chartam bibulam et iterata crystallisatione depurentur.

Crystalluli sunt decolores, aciculares, sericeo splendentes, sapore debili, grato dulci. Temperatura 166° C. liquescunt et caloris majoris ope decomponuntur. In aqua et alcohole fervido facile solubiles, alcohole frigido autem vix solvuntur. *Part. const.* Carbonei 12 pond. mixt., Hydrogenei 14 pond mixt., Oxygenei 12 pond. mixt. ($C^{12}H^{14}O^{12}$)

MIXTURA FERRI COMPOSITA. Zusammengesetzte Eisenmixtur.

Syn. Mixtura tonico-antihectica Griffithii.

Rec. Myrrhae electae Drachmam unam,
Kali carbonici puri Grana viginti quinque,
Aquae Menthae crispae Uncias octo,
Ferri sulphurici crystallisati Scrupulum unum
Sacchari albi Unciam dimidiam.

Misce exacte ex tempore. **Vis:** tonica, antihectica.

MUCILAGO GUMMI MIMOSAE. Mimosen-Gummischleim.

Syn. Mucilago Gummi arabici. Solutio gummosa.

Rec. Gummi arabici albissimi contusi Partem unam,
Aquae destillatae Partes tres.
Frigide solve, saepius agitando, et cola.
Sit fere limpida, pallide flava, saporis fatui.

MUCILAGO GUMMI TRAGACANTHAE. Traganth-schleim.

Rec. Gummi Tragacanthae pulverati Grana quatuor,
Gummi mimosae Granum
Misce et tere usque ad perfectam solutionem cum
Aquae destillatae Uncia una.
Paretur ex tempore.

MUCILAGO RADICIS SALEP. Salepschleim.

Syn. Decoctum Salep.

Rec. Radicis Salep pulveratae Grana quinque,
Aquae destillatae fervidae Unciam unam.

In aquam fervidam, lagenae antea immissam, radix salep pulverata ingeratur, et miscela statim optime conquassatur, ne pulvis in globulos coëat, et saepius conquassando reponatur, donec solutio refrigerata mucilaginem spissiorem aequabilem praebeat. Paretur ex tempore.

MUCILAGO SEMINIS CYDONIORUM. Quittensamen-Schleim.

Rec. Seminis Cydoniorum Grana quinque,
Aquae destillatae Unciam

Reponantur per aliquot tempus, interdum conquassando et coletur fluidum satis mucilaginosum per linteum.

Paretur ex tempore.

NAPHTHALINUM. Naphthalin.

Rec. Pissae liquidae e linthanthrace quantum vis.
Caute destilletur, donec dimidia pars elicita fuerit.

In destillatum immitte per aliquot dies chlorum gas informe et oleum nigrefactum, elotione cum aqua pura acido muriatico et substantia propria liberatum, destillationi exponitur usque ad carbonisationem.

E destillato, ad temperaturam — 10° C. refrigerato, Naphtha-

linum secernitur, quod pressione inter chartam bibulam ab oleo adhaerente separetur. Residuum solve coquendo in

Spiritus vini rectificatissimi quantitate sufficiente

et solutionem adhuc fervidam cola et sepone, ut ex refrigerata Naphthalinum excrescat crystallinum.

Crystallos exhibet albos aut decolores, systematis rhombici, plerumque prismata tabulaformia; saepius prostat in lamellulis crystallinis.

Odoris est proprii et saporis acris aromatici, temperatura + 79° C. liquefit et apud + 212° C. ebullit. Pond. spec. 1,045. Aqua non solvitur, in alcohole, aethere, oleis aethereis atque pinguibus facile solubile. *Part. const.* Hydrogenii 20 pond. mixt. et Hydrogenii 8 pond. mixt. (C^{20} H^{8}.)

NATRIUM BROMATUM. Bromnatrium.

Syn. Natrum hydrobromicum.

Rec. Liquoris Natri caustici Drachmas septem,
Aquae destillatae Drachmas sex,
Bromi Unciam dimidiam.

Liquori natri caustici, aqua diluto, in patinam porcellaneam immisso, sensim addatur bromum, bacillo vitreo bene agitando. Tunc guttatim, si opus fuerit, adhuc instilletur liquor natri caustici, quantitate sufficiente, ut solutio, quantum fieri potest, saturata sit. Liquidum sic obtentum adsiccum evaporet et sal siccum, crucibulo satis capaci immissum, cum additione pauxillo pulveris carbonum modico colore aestuetur. In aqua resolutum et filtratum denique in vase porcellaneo, balneo vaporis ope, ad siccitadinem redigetur et in vitro bene clauso servetur.

Sit pulvis albus, in aqua facile solubilis. Solutio aquosa addita aqua chlori statim fuscescat, ex qua miscela bromum conquassatione cum aethere colore aureo perfecte separetur. In solutione aquosa liquor argenti nitrici eodem modo, quo in natrio chlorato praecipitatum album efficiat, eo discrimine, ut liquor ammonii caustici, cum triplo aquae diluto, non resolvatur.

Natro bromicco inquinatum est, si solutio aquosa additione acidi hydrochlorati colore aureo tincta invenitur.

NATRUM CHLORICUM. Chlorsaures Natron.

Syn. Natrum muriaticum hyperoxygenatum.

Rec. Acidi tartarici Uncias quinque.

In

Aquae fervidae destillatae Libris quatuor
solutae, perfecte saturantur
Natri carbonici depurati quantitate sufficiente et solutione filtratae admisceantur
Acidi tartarici Unciae quinque.
Tunc solve
Kali chlorici Uncias octo et Drachmam dimidiam
in
Aquae destillatae fervidae Unciis quadraginta.

Solutiones, adhuc fervidas, in vicem commixtae, loco frigido seponantur, tum liquor a praecipitato filtratione separatus, ad cuticulam evaporet, et lege artis in crystallis redigatur.

Sint crystalli plerumque rhomboidei, albi, saporis parum, austeri, pungentis, in tribus partibus aquae, etiam in spiritu vini solubiles, aëre paullulum humescentes. Corporibus combustibilibus commixtae, acidi sulphurici additione fortiter deflagrant: *Part. const.* Natrii oxydati 1 pond. mixt., Acidi chlorici 1 pond. mixt. Vis: resolvens, incitans.

NATRUM CHOLICUM. Cholsaures Natron.

Rec. Fellis Tauri ex vesicis Nro. duo
evapora in balneo vaporis ad siccum et residuum solve in pauxillo
Spiritus vini rectificatissimi
et tum admiscetur
Spiritus vini rectificatissimus quamdiu liquore turbetur (circa Unciae tredecim) tum filtra, digere cum
carbone per horas quatuor.

E liquore filtrato destillatione Alcoholem abstrahe et residuum evapora ad siccitatem.

Pulvis est luteo-albidus, in aqua facile solubilis, odore penetrante, sapore proprio dulciusculo, postea amaro.

OLEUM ANISI STELLATI. Sternanis-Oel.

Paretur e Semine Anisi stellati ut Oleum aethereum Absinthii Pharmacopoea Badensis.

Oleum decolor seu subflavescens, odore grato, dulciusculo et sapore dulcissimo, anisato, pond. spec. 0,981. Aciditatis proprietatem non praebet; temperatura circiter — 6°—8° C. congelat.

Eodem modo parentur:

OLEUM ARNICAE FLORUM. Wohlverleihblumen-Oel.

Oleum pallide flavum, odore forte florum Arnicae.

OLEUM ARNICAE RADICUM. Wohlverleihwurzel-Oel.

Oleum fusco-flavescens, pond. spec. 0,94.

OLEUM RADICIS ARTEMISIAE. Beifußwurzel-Oel.

Oleum subflavescens, odore insigni radicis Artemisiae.

OLEUM SEMINIS CORIANDRI. Coriander-Oel.

Olcum flavisculum, odore et sapore seminum.

OEUM SEMINIS CUMINI. Mutterkümmel-Oel.

Oleum flavescens, liquidum, odore ingrato aromatico, sapore acri aromatico pond. spec. 0,89—0,97.

OLEUM SEMINIS CINAE. Wurmsamen-Oel.

Oleum subflavescens, odore penetrante seminum Cinae et sapore subamaro, camphoraceo. Pond. spec. 0,925—0,936.

OLEUM BACCARUM LAURI AETHEREUM. Aetherisches Lorbeer-Oel.

Oleum sordide album vel flavescens, spissiusculum, odore forte Baccarum Lauri et sapore amaro, indurescit jam supra 0°; pond. spec. 914.

OLEUM HERBAE MELISSAE. Melissenöl.

Oleum fere decolor, tempore subflavum vel flavum-rubellum, odore grato et balsamico acri. Pond. spec. 0,975.

OLEUM HERBAE ORIGANI CRETICI. Kretisch Dostenöl. Spanisch Hopfenöl.

E herba florente Origani cretici L. et O. macrostachii Lk.

Oleum tenue, plerumque rufum, pellucidum, odore fragrante, aromatico, origanino et sapore camphorino, urente, pond. spec. 0,946.

OLEUM SEMINIS PETROSELINI. Petersilienöl.

Oleum subflavescens, odore penetrante Apii Petroselini. Constat ex oleis duobus, conquassatione cum aqua separabilibus, dum oleum levior limpidum supernatat et oleum crystallinum gravior submergit. Pond. spec. 1,02—1,14.

OLEUM HERBAE SALVIAE. Salbeiöl.

Olcum flavescens, fragrans, sapore proprio, acidulo, subcamphorato, pond. spec. 0,864.

OLEUM HERBAE SERPYLLI. Quendelöl.

Oleum flavescens seu subfuscum tenue, odore et sapore aromatico, pond. spec. 0,864.

OLEUM ANISI SULPHURATI. Schwefelhaltiges Anisöl.

Rec. Sulphuris depurati Unciam unam.
Calefiant sensim in cucurbita ad gradus circiter + 200° C., idque ita, ut sulphur. primo liquatum, denuo spissescat.
Post refrigerationem affunde
Olei Anisi Uncias quatuor
et digere per horam dimidiam in balneo vaporis, tum sepone per diem. Liquidum a sulphure non soluto defunde et in vitro bene clauso serva.

Sit spissiusculum, coloris e fusco-rubri.

OLEUM ANTELMINTICUM CHABERTI. Chabert's wurmtreibendes Oel.

Syn. Oleum empyreumaticum seu contra taeniam Chaberti.
Rec. Olei Cornu Cervi foetidi Unciam unam,
— Terebinthinae Uncias tres,
Destillatione elice Uncias tres.

OLEUM ASPHALTI RECTIFICATUM. Rectifizirtes Asphaltöl.

Rec. Asphalti pulverati Libram unam
Arenae lotae Libram unam cum dimidia.
Misce et destilla e retorta vitrea ad siccitatem.

Liquor aquosus, initio prodiens, ab oleo separetur, quod denuo rectificatum in lagenulis bene obturatis serves.

Sit flavescens, odoris fortis empyreumatico-bituminosi.

OLEUM BALSAMI COPAIVAE. Copaiv-Balsamöl.

Rec. Balsami Capaivae Libram unam,
Aquae fontanae octuplum.

Destilletur ex retorta vitrea leni igne et aqua transgressa sexties vel octies in retortam ad cohobationem refundatur, ut tota olei copia elicitur. Oleum a liquido separetur.

Oleum pallide flavum, pellucidum, odore balsami copaivae pond. spec. 0,88, in spiritu vini rectificatissimo solubile.

OLEUM BELLADONNAE COCTUM. Gekochtes Tollkrautöl.

Paretur eodem modo uti Oleum Hyoscyami coctum Pharmacopoeae Badensis.

Sit oleum pellucidum, viride. Vis: leniens, emolliens.

OLEUM CANTHARIDUM INFUSUM. Aufgegossenes Cantharidenöl.

Rec. Cantharidum contusarum Uncias quatuor
Olei olivarum provincialis Uncias sedecim.

Digerantur per viginti quatuor horas in vase vitreo, tunc per linteum densius colentur. Caute serves.

Sit turbidum e viridi fuscum. Vis: vesicatoria.

OLEUM CHAMOMILLAE CITRATUM. Citronenölhaltiges Kamillenöl.

Rec. Florum Chamomillae vulgaris sine stipitibus currente anno collectorum Libras sexaginta.
In vesicam destillatoriam immissis adde
Olei Corticis Citri Uncias tres
nec non
Aquae fontanae quantitatem sufficientem et fiat destillatio.
Oleum ab aqua stillatitia separa.

Sit coloris saturati coerulei et specifica florum Chamomillae fragrantia praeditum.

OLEUM CHAMOMILLAE TEREBINTHINATUM. Terpentinhaltiges Kamillenöl.

Rec. Florum Chamomillae vulgaris absque stipitibus Libras sexaginta.
Olei Terebinthinae Uncias duodecim
Aquae fontanae quantum satis.

Fiat destillatio, qua peracta ab aqua stillititia oleum separetur.

Sit coloris coerulei dilutioris.

OLEUM CINNAMOMI. Zimmtöl.

Syn. Oleum Cinnamomi acuti vel zeylanici. Aechtes oder ceylanisches Zimmtöl.

Paretur e cortice cinnamomi zeylanici destillatione cum aqua uti oleum aethereum Caryophyllorum Pharmacopoeae Badensis.

Oleum fusco-flavum, limpidum, spissiusculum odore grato Cinnamomei zeylanici, pond. spec. 1,006—1,014.

Eodem modo parctur:

OLEUM CUBEBARUM. Cubebenöl.

Oleum subflavescens, spissiusculum, odore Cubebarum, pond. spec. 0,926.

† OLEUM LAUROCERASI AETHEREUM. Aetherisches Kirschlorbeeröl.

Oleum flavescens pallide luteum, tempore fuscescens, odore penetrante aquae Amygdalarum amarum et acidi hydrocyanici, sapore acri, amariusculo.

Loco obscuro caute servandum. Vis: narcotica, exigua jam dosi venenosa.

OLEUM GALBANI. Mutterharzöl.

Rec. Galbani Libras duas,
Aquae fontanae Octuplum.

Fiat destillatio e vesica destillatoria vel e retorta vitrea, quamdiu oleum ab empyreumate liberum prodit. Oleum limpidum, aquae destillatae innatans, collige.

Oleum albidum, tempore flavescens, crassiusculum, odore proprio, penetrante Galbani et sapore aromatico, camphorino; pond. spec. 0,912.

Eodem modo paretur:

OLEUM MYRRHAE. Myrrhenöl.

Oleum e fuscescente flavum, odore grato aromatico, sapore balsamico, postea camphoraceo.

OLEUM LINI SULPHURATUM. Geschwefeltes Leinöl.

Syn. Balsamum sulphuris.

Rec. Olei Lini Partes quatuor,
— Olivarum Partem unam.

Sulphuris depurati loti et perfecte siccati partem unam.

Oleo, in vase ferreo satis capaci fervefacto pedetentim immitte, spathula semper movendo, donec massa colore fusco-rubro consistentiam mellaginis spissioris acquisiverit; sed effervescentia incipiente vas statim ab igne remove, ne oleum nimio calore comburatur.

Sit in oleo terebinthinae perfecte solubile.

OLEUM OVORUM. Eieröl.

Rec. Vittellorum ovorum recentium, coctione in aqua induratorum, quantum vis.

In sartagine munda leni calore agitentur ope pistilli lignei, donec rufescant, et, inter digitos pressi, oleum emittere incipiant. Tum sacculo inclusos et inter laminas tepefactas positos ope preli exprime.

Sit frigore spissum, opacum, coloris vitellini, calefactum fluidusculum, pellucidum, saporis mitis.

† OLEUM PHOSPHORATUM. Phosphorhaltiges Oel.

Syn. Linimentum phosphoratum.

Rec. Olei Olivarum Unciam unam,
Camphorae Scrupulum unum,
Phosphori Grana sex.

Immitte in vitrum, ab iis, quantum fieri potest, replendum, epistomio clausum in balneo aquae calefac, ut Phosphorus fluat. Tum vas agitetur, et solutione peracta, refrigeratum oleum a phosphoro forsam secreto caute decanthetur.

Sit limpidum, fumans, phosphorum redolens. Paretur ex tempore.

OLEUM TEREBINTHINAE RECTIFICATUM. Rectifizirtes Terpentinöl.

Paretur ex Oleo Terebinthinae sicut Oleum Cajeputi rectificatum Pharmacopocae Badensis.

Oleum tenissimum, decolor, odoris penetrantis, saporis ingrati balsamici, amaricantis, pungentis, pond. spec. 0,86—0,88. Cum alcohole absoluto, quavis ratione, limpidam solutionem praebet, in spiritus vini rectificatissimi nonnisi decem ad duodecim partibus solvitur.

In laccam coeruleam haud reagit.

OLEUM TEREBINTHINAE SULPHURATUM. Geschwefeltes Terpentinöl.

Syn. Balsamum Sulphuris terebinthinatum.

Rec. Olei Lini sulphurati Partem unam,
— Terebinthinae Partes tres.

Digerendo solve, cola et serva.

Sit limpidum, rubro-fuscum.

PASTA ALUMINOSA AETHEREA ODONTALGICA. Aetherische Alaunpaste gegen Zahnschmerzen.

Rec. Aluminae sulphuricae quantum vis
affunde

Spiritus nitrico-aetherei quantitatem sufficientem, ut fiat lege artis pasta alba, quae in vitris bene clausis servanda ad repletionem dentium arrosorum inserviet.

PASTA PECTORALIS. Brustteig.

Syn. Pâte pectorale à la reglisse de George.

Rec. Radicis Liquiritiae mundatae Unciam unam
Macera cum
Aquae frigidae quantitate sufficiente.
In colatura filtrata Unciarum octo solve
Sacchari albissimi pulverati
Gummi arabici albi pulverati, singulorum Uncias sedecim.
Solutioni adde sub agitatione perpetua et assidua
Albumina ovorum duodecim, in spumam percussa,
Tincturae Curcumae Unciam unam

et insipissa massam balneo vaporis, donec massa adhuc calida adspergendo amylo in placentas crassidie $1/4$ pollicis extendi possit, quae loco sicco vel parum tepido expone, ut pullulum indurescant, et inde forma ex iis tabellulas rhombicas ponderis circiter Scrupulorum duorum, quae siccatae in scatulis dispensentur.

Vis: demulcens, expectorans.

PASTILLI AMYLI vel AMYLACEI. Stärke-Pastillen.

Rec. Radicis Zingiberis pulveratae Grana quindecim,
Sacchari albi pulverati Unciam unam et dimidiam,
Amyli puri pulverati Uncias tres.

Misce fiat cum Mucilaginae Tragacanthae massa, ex qua formentur lege artis pastilli ponderis circiter Granorum centum, qui siccati serventur loco sicco.

Vis: antidysenterica.

PASTILLI SANTONINI. Santonin-Pastillen. Santoninzeltchen. Wurmzeltchen.

Rec. Santonini puri Grana sedecim,
Sacchari pulverati Unciam dimidiam,
Triturando optime misceantur et addantur
Cacao subtilissime tritae Unciam dimidiam.

Perfecte mixtis, caloris ope fiat massa ex qua formentur lege artis pastilli Numero triginta duo, qui adhuc calidi saccharo granulato rubro albo conspergantur.

Vis: anthelmintica.

† PICROTOXINUM seu COCCULINUM. Pikrotoxin. Cocculin.

Rec. Cocculorum indicorum decorticatorum quantum vis.

Contunde et bene iteratim extrahe cum Alcohole pond. spec. 0,833.

E solutionibus alcoholicis commixtis destillentur Alcoholis tres quadrantes; residuo refrigerato excretio olei solidi, Picrotoxinum crystallisatum tegentis, removeatur et crystalli pressione inter chartam bibulam ab oleo adhaerente depurentur.

Residuum solve in Acoholis fervidi sufficiente quantitate et solutionem ossium carbonis ope depuratum, adhuc fervidum filtra, balneo vaporis evapora et sepone ut ex refrigerata in crystallis excrescat Picrotoxinum.

Crystalluli sunt foliacei seu aciculares, decolores, inodori, sapore peramaro, temperatura elevata decomponuntur. Solvitur in aquae temperatura + 14° 150 partibus, fervidae autem 25; in alcohole, acidis et alcaliis facile solubile. Cum acidis alcaliisque chemice non conjungi potest. *Part. const.* Carbonei 10 pond. mixt., Hydrogenii 6 pond. mixt. et Oxygenii 4 pond. mixt. (C^{10} H^6 O^4.)

PILULAE ALOETICAE. Aloe-Pillen.

Syn. Pilulae Rufi.

Rec. Pulveris Aloes lucidae Drachmas duas,
— Myrrhae Drachmam,
— Croci Drachmam dimidiam,
Syrupi Corticum Aurantiorum quantum satis
ut fiant pilulae ponderis Granorum duorum.

PILULAE APERIENTES. Eröffnende Pillen.

Syn. Pilulae aperientes Stahlii.

Rec. Extracti Aloes Unciam unam,
— Rhei compositi Unciam dimidiam,
Ferri pulverati Drachmas duas.
Fiant pilulae Granorum duorum.

PILULAE APERIENTES BEZOARDI. Bezoard'sche eröffnende Pillen.

Rec. Extracti aloes aquosi Unciam unam et dimidiam,
Radicis Rhei pulverati Unciam dimidiam.
Fiant lege artis pilulae ponderis Granorum trium.

PILULAE BALSAMICAE. Balsamische Pillen.

Rec. Extracti Aloes,
— Myrrhae singulorum Drachmas duas,
— Absinthii,
— Rhei compositi,
Pulveris Mastichis,
Saponis medicati singulorum Drachmam unam.
Fiat massa, ex qua formentur pilulae ponderis Granorum duorum.

PILULAE BALSAMI COPAIVAE. Copaivbalsam-Pillen.

Rec. Balsami Copaivae Partes sedecim,
Magnesiae recenter ustae Partem unam,
Pulveris radicis Altheae Partes sedecim,
Misce, fiant pilulae ponderis Granorum duorum.
Parentur ex tempore.

PILULAE FERRI CARBONICI. Kohlensaure Eisen-Pillen.

Syn. Pilulae antichloroticae seu ferruginosi Blandii et Valletii.
Rec. Ferri sulphurici sicci, solliciter parati,
Kali carbonici puri sicci, singulorum Drachmam unam,
Mellis albi Drachmam unam,
vel quantum ad massae pilularum consistentiam requiritur, ex qua formentur Pilulae triginta.

Parentur ex tempore.

Sit massa viridula, superficie tantum fuscescens et paullulum indurescens. Parva copia aquae contrita, acidis fortiter effervescat.

Pilula singula continent circiter Grana dua ferri carbonici.

PILULAE HYDRAGOGAE JANINI. Janin's Pillen gegen die Wassersucht.

Rec. Foliorum Sennae Drachmas sex,
Tartari depurati Drachmam unam,
Coque cum
Aquae communis quantitate sufficiente ad remanentiam Unciarum quatuor,
Colaturae bulliente adde
Agarici pulverati,
Scammonii,
Radicis Mechoacannae,

Radicis Rhei,
— Bryoniae,
— Hermodactyli, singularum pulveratarum Drachmas tres,
— Turpethi,
Gutti,
Colocynthidis praeparatae,
Hydrargyri chlorati mitis,
Tartari stibiati singulorum Drachmam unam,
Ferri carbonici,
Kali nitrici singulorum Unciam dimidiam,
Hydrargyri sulphurati nigri Drachmas duas.
Aloes,
Radicis Jalapae singulorum Drachmas sex.

Evaporent ad consistentiam massae pilularis, ex qua formentae pilulae ponderis Granorum duorum.

† PILULAE HYDRARGYRI CHLORATI CORROSIVI DZONDII. Dzondi's Quecksilber-Sublimat-Pillen.

Rec. Hydrargyri chlorati corrosivi Grana duodecim.
Solve in
Aquae destillatae sufficiente quantitate
et adde
Micae panis albae pulveratae, singularum quantum sufficit,

ut fiat massa, ex qua formentur Pilulae Nr. 240, ponderis Grani unius conspergantur cum pulverae cassiae cinnamomi. Dentur ad vitrum bene clausum.

Vis: antisyphilitica.

Parentur ex tempore.

† PILULAE HYDRARGYRI CHLORATI CORROSIVI HOFFMANNI. Hoffmann's Quecksilber-Sublimat-Pillen.

Syn. Pilulae majores Hoffmanni.

Rec. Hydrargyri bichlorati corrosivi Grana quindecim,
Pauxillo aetheris triturando solvantur, tunc cito et exactissime admisceatur
Sacchari albi Drachma dimidia
et denique
Micae panis albae Drachmae duae.

Fiant lege artis Pilulae Nr. 120.

Vis: antisyphilitica. Parentur ex tempore.

PILULAE ODONTALGICAE BAURI. Baur's Zahnweh-Pillen.

Rec. Ammonii carbonici pyroleosi Drachmam dimidiam,
Camphorae Scrupulum unum,
Opii puri pulverati Scrupulum dimidium,
Extracti Aconiti Drachmam unam.

Misce ut fiat lege artis massa, ex qua formentur pilulae Nr. 60, conspergentur pulvere cinnamomi. Dentur ad vitrum.

Vis: antiodontalgica.

PILULAE ODONTALGICAE RUSTII. Rust's zahnschmerzstillende Pillen.

Opii pulverati,
Extracti Hyoscyami,
— Belladonnae, singulorum Grana decem,
Olei Caryophillorum Guttas tres.
Radicis Pyrethri pulveratae quantum satis,

ut fiant pilulae Nr. triginta, conspergantur pulvere radicis Pyrethri. Serventur in vitro bene clauso. Vis: antiodontalgica.

PILULAE RESOLVENTES SCHMUCKERI. Schmucker's auflösende Pillen.

Rec. Gummi resinae Galbani,
— — Sagapeni,
Saponis medicati, singulorum Drachmam unam,
Radicis Rhei pulverati Drachmam unam et dimidiam,
Tartari stibiati Grana sedecim,
Succi Liquiritiae pulverati Drachmam unam.

Misce ut fiat massa, ex qua fermentur pilulae ponderis Granorum duorum.

PLUMBUM JODATUM. Jodblei.

Rec. Kalii jodati Unciam unam.
Solve in
Aquae destillatae frigidae Unciis decem,
Solutioni per vices instilletur solutio limpida
ex
Plumbi acetici Drachmis novem
et
Aquae destillatae Unciis decem

parata et aliquot guttis acidi acetici acidulata quamdiu praecipitatum citrinum obtinebitur.

Praecipitatum, aqua fervida bene ablutum, loco obscuro siccetur et servetur.

Sit pulvis citrinus, micaceus, nitidus, in aqua frigida parum, nec fervida multum solubilis, calore fortiori liquescit et pro maxima parte decomponitur, vapores flavos et violaceos eructans. *Part. const.* Plumbi 1 pond. mixt., Jodi 2 pond. mixt.

PLUMBUM NITRICUM PURUM. Reines salpetersaures Bleioxyd.

Rec. Lithargyri puri quantum vis.
Solve in
Acidi nitrici puri diluti sufficiente quantitate.

Solutio filtrata evaporetur ad crystallisationem et crystalli collecti leni calore inter chartam bibulam siccentur.

Crystalli decolores, octaëdrici, sapore dulciusculo pungente, in aqua frigida difficile, in 8 partibus fervidae solubiles; alcohole et acido nitrico non solvuntur. Calore aucto decomponuntur et plumbum oxydatum relinquunt.

Cave ab inquinimento cum Cupro. *Part. const.* Plumbi oxydati 1 pond. mixt., Acidi nitrici 1 pond. mixt.

PULVIS AËROPHORUS e MAGNESIA CARBONICA. Brausepulver aus kohlensaurer Magnesia.

Rec. Magnesiae carbonicae Drachmas duas.
Acidi tartarici pulverati Drachmam dimidiam.
Elaeosacchari Citri Unciam dimidiam.
Misce optime.
Paretur ex tempore.

PULVIS AËROPHORUS e NATRO BICARBONICO. Brausepulver aus doppelt kohlensaurem Natron.

Rec. Acidi tartarici pulverati Drachmas tres,
Natri bicarbonici Unciam dimidiam,
Sacchari albissimi Drachmas septem.

Seorsim in pulverem subtilissimum redactae, leni calore perfecte exsiccatae, commisceantur, et in vitris epistomio bene clausis, dispensentur.

Sit siccissimus, solutus fortiter effervescens, acido tartarico praevalente non insignis.

PULVIS AËROPHORUS ANGLICUS. Englisches Brausepulver.

Syn. Soda Powder Anglorum.

Rec. Natri bicarbonici subtile pulverati, Drachmam dimidiam,
Detur ad chartam coeruleam.
Rec. Acidi tartarici pulverati, Grana viginti quinque
Dentur ad chartam albam.
Syn. Seorsim in aqua soluta commiscenda.

PULVIS AËROPHORUS SEDLICENSIS. Sedlitzer Brausepulver.

Syn. Sedlitz Powder Anglorum.
Rec. Natri bicarbonici subtilissime pulverati, Grana quadraginta,
Tartari natronati Drachmas duas.
Mixta dentur ad chartam coeruleam.
Rec. Acidi tartarici, subtilissime pulverati, Grana triginta quinque,
Dentur ad chartam albam.
Sign. Seorsim in aqua soluta commiscenda.

PULVIS ANTIMONII COMPOSITUS. Zusammengesetztes Antimonpulver.

Syn. Pulvis Antimonii Jacobi seu Jamesii. James Powder Anglorum.
Rec. Antimonii sulphurati nigri,
Rasurae Cornu Cervi, singulorum Partes aequales.

Immitte mixtionem in ollam ferream ad ruborem calefactam et agita, donec colorem griseum receperit. Post refrigerationem massam in crucibulum lutatum et alio crucibulo inverso et parvo ostiolo instructo tectum immitte, calcina ad ruborem per duas horas, tum refrigeratam pulvera.

Sit pulvis griseo albus, in aqua insolubilis.

Vis: diaphoretica, resolvens.

PULVIS AROMATICUS. Aromatisches Pulver.

Rec. Cassiae Cinnamomi minoris excorticati pulverati Unciam unam,
Radicis Zingiberis,
Piperis albi singulorum pulveratorum Unciam dimidiam.
Misce et in vase bene obturato serva.

† † PULVIS ARSENICALIS FRATRIS COSMI. Cosmi'sches arsenikhaltiges Pulver.

Rec. Cinnabaris factitiae laevigatae Drachmas duas,
Cinerum solearum ustarum Grana octo,
Sanguinis Draconis pulverati Grana duodecim,
Arsenici albi pulverati Scrupulos duos.

Misce exactissime et serva caute secundum leges.
Vis: anticancrosa.

PULVIS CAUSTICUS VIENNENSIS. Wiener Aetzpulver.

Syn. Pulvis causticus Londinensis.
Rec. Kali caustici Partes quinque,
Calcariae ustae Partes sex.
Misce fiat pulvis terendo in morario calido ferreo.
Vis: caustica.

PULVIS AD ERYSIPELAM. Pulver gegen Rothlauf.

Rec. Farinae Tritici Uncias sex,
Plumbi usti
Boli rubri, singulorum Uncias duas,
Mastichis,
Olibani,
Cerussae, singulorum Unciam unam.
Misce fiat pulvis subtilissimus.

PULVIS LENIENS seu DIGESTIVUS KLEINII. Klein's Digestiv-Pulver.

Syn. Pulvis Rhei tartarisatus.
Rec. Radicis Rhei,
Kali tartarici,
Corticis Aurantiorum, singulorum pulveratorum Partes aequales.
Misce. Vis: leniens, laxans.
Paretur ex tempore.

PULVIS LIQUIRITIAE seu GLYCYRRHIZAE COMPOSITUS. Zusammengesetztes Süßholz-Pulver.

Rec. Foliorum Sennae,
Radicis Liquiritiae, singulorum pulveratorum Uncias sex,
Sacchari albi pulverati Libras tres,
Seminis Anisi vulgaris pulverati Uncias duas,
Sulphuris depurati loti Uncias quatuor.
Misce bene.
Vis: expectorans, demulcens.

PULVIS STYPTICUS. Zusammenziehendes Pulver.

Rec. Gummi Mimosae,
Colophonii,
Aluminis crudi, singulorum pulveratorum Partes aequales.
Misce. **Vis**: styptica, secretiones cohibens.

PULVIS TEMPERANS. Temperirpulver.

Rec. Kali sulphurici,
— nitrici depurati, singulorum pulveratorum Partes aequales.
Misce. **Vis**: temperans.

SAL THERMARUM CAROLINARUM FACTITIUM. Künstlich bereitetes Carlsbader Salz.

Rec. Natri sulphurici crystallisati Libras quatuor,
— carbonici Libras duas,
— chlorati Libram unam.
Solvantur in aquae fervidae quantitate sufficiente.

Solutio filtrata evaporando lege artis ad crystallisationis momentum redigatur. Crystalli collecti, a lixivio separati, non abluti, siccentur, et iterata vice e lixivio remanente pari modo crystalli separentur. In lixivio denuo natri sulphurici Librae duae solvi possunt; lixivium ultimum autem rejiciendum est, si crystalli obtenti cum illis natri carbonici intermixti inveniantur.

Sint crystalli, parvi, regulares, fatiscentes, saporis natri sulphurici, cum adhaerente natri carbonici et natri chlorati, in aqua facile solubiles. **Vis**: laxans.

SAL THERMARUM CAROLINARUM SICCUM FACTITIUM. Künstlich bereitetes, trockenes Carlsbader Salz.

Rec. Natri sulphurici sicci Uncias septemdecim,
— bicarbonici Uncias quinque et Grana quadraginta octo,
— chlorati Unciam unam, Drachmas quinque et Grana triginta sex.
Misce.
Vis: eadem cum praecente.

SAPO GUAJACINUS. Guajak-Seife.

Rec. Liquoris kali caustici quantum vis,
Aquae destillatae Duplum.

In vase idoneo calefactis per vices adde
Resinam Guajaci nativam pulveratam,
donec ultima portiuncula non soluta remanet.

Tum liquor colatus leni calore ad massae pilularis consistentiam evaporet.

Sit coloris viridi fusci, saporis et odoris Guajaci, neque nimis alcalini, solutione in aqua viridi-fusca, limpida.

Vis: antiarthritica.

SAPO JALAPPINUS. Jalappen-Seife.

Rec. Resinae Jalappae.
Saponis medicati singulorum Uncias duas,
Spiritus vini rectificati Uncias quatuor vel quantum requiritur ut solvantur. Tum balneo vaporis ad massae pilularis consistentiam evaporent, ita ut totius massae pondus sit Unciarum quatuor cum dimidia.

Sit e fusco griseus, odoris et saporis nauseosi jalappini, in spiritu vini rectificatissimo et in liquore kali caustici solubilis.

Vis: purgans.

SAPO JODATUS. Jod-Seife.

Rec. Saponis medicati Drachmas duas,
Alcoholis Unciam unam,
Jodi puri Drachmam unam,
Liquori kali caustici Guttas quindecim.
Solve et evapora in balneo vaporis ad siccum.
Vis: resolvens.

SAPO MERCURIALIS. Quecksilber-Seife.

Rec. Unguenti hydrargiri cinerei Uncias tres et dimidiam,
Liquoris kali caustici Uncias tres.

In mortario intime misce triturando, donec miscela tenacitatem induerit, tum in charta pone, ut saponis consistentiam nanciscatur.

Vis: resolvens.

SAPO STIBIATUS. Spießglanz-Seife.

Syn. Sapo antimoniatus. Sulphur auratum saponatum.

Rec. Antimonii sulphurati aurantiaci Unciam dimidiam,
Solve digerendo in
Liquoris kali caustici Uncia una et dimidia,
Liquori obtento admisce terendo,
Saponis medicati sicci rasi Uncias tres,

ut fiat massa consistentiae pilularis, addendo,
si massa adhuc rubet, paullulum liquoris kali caustici, ut colorem ex albido cinereum induat.

Tunc leni calore, igne aperto, ad siccum evaporet, et in vitris minoribus bene obturatis servetur.

Pulvis est ex albido cinereus, in aqua solubilis et affuso acido hydrochlorico colorem intense aurantiacum induat, gas hydrosulphuratum, nec acidum sulphurosum, redolens.

SERUM LACTIS ACIDUM. Saure Molken.

Syn. Serum Lactis tartarisatum.

Rec. Lactis vaccini Libras quatuor,
Coque et sub initio ebullitionis adde
Tartari depurati Unciam et dimidiam,
Coagulatione lactis peracta, serum refrigeratum
cola et filtra.
Sit colatura Librarum duarum.
Sit acidulum, aliquantulum turbidum.

SERUM LACTIS ALUMINATUM. Alaun-Molken.

Parctur simili modo, lacti bullienti admiscendo Aluminis crudi pulverati Drachmas duas, vel quantum medicus pro casu singulo praescripserit et

SERUM LACTIS TAMARINDINATUM. Tamarinden-Molken.

Addendo Pulpae Tamarindorum Uncias duas,
vel quantum praescriptum fuerit.

SERUM LACTIS DULCE. Süße Molken.

Rec. Lactis vaccini Libras tres.
Calefactis, sub initio ebullitionis paullulum agitando, adde
Acidi tartarici pulverati Scrupulum unum,
parva quantitate aquae solutum. Coagulatione sine agitatione peracta, seponantur donec perfecte refrixerint. Serum, hoc modo separatum, per pannum laneum sine expressione coletur.

Sit paullulum turbidum, subflavescens, saporis non acidi.

Sero lactis simpliciter praescripto, semper hoc dispensetur. Si Serum lactis clarificatum praescriptum fuerit, illud albuminis ovi unius conquassati ope coquendo et per chartam bibulam filtrando clarificandum est.

†† SOLUTIO ARSENICALIS FOWLERI. Fowler's Arsenikauflösung.

Rec. Arsenici albi,
Kali carbonici puri, singulorum Grana sexaginta quatuor,
Aquae destillatae Uncias octo.

Coque in vase vitreo ad perfectam Arsenici solutionem. Solutioni refrigeratae, et si opus fuerit, filtratae adde
Spiritus Angelicae compositi Unciam dimidiam,
Aquae destillatae quantum requiritur
ut pondus totius liquoris sit Unciarum duodecim.
Caute secundum legem dispensa.

Nota. Drachma una et dimidia solutionis continent Arsenici Granum unum.

SPECIES DIURETICAE. Harntreibende Species.

Rec. Herbae Ononidis,
Summitatum Genistae, singulorum Unciam unam,
Baccarum Juniperi Unciam dimidiam,
Seminis Petroselini,
— Anisi singulorum Drachmam unam et dimidiam.
Concisa et contusa misceantur ex tempore.
Vis: diuretica.

SPECIES AD ENEMA. Species zum Klystier.

Rec. Herbae Altheae Libras duas,
Florum Chamomillae vulgaris Libram unam,
Semini Lini Libram dimidiam.
Concisa et contusa misce.

SPECIES AD GARGARISMA. Species zum Gurgelwasser.

Rec. Herba Altheae,
— Salviae, singulorum Unciam dimidiam,
Florum Sambucci,
Radicis Pimpinellae singulorum Drachmas duas.
Concisa misceantur.

SPECIES LAXANTES ST. GERMAIN. St. Germain's abführende Species.

Rec. Foliorum Sennae (extractione spirituosa depuratorum) Uncias quatuor,
Florum Sambuci Uncias duas cum dimidia,

Seminis Anisi,
— Foeniculi, singulorum Drachmas decem,
Tartari depurati pulverati Drachmas sex.
Grossiuscule concisa et contusa misceantur.

SPECIES AD INFUSUM PECTORALE DEMULCENS.
Auflösender Brustthee.

Rec. Radicis Althaeae Libras duas,
— Liquiritiae Libram dimidiam,
Seminis Foeniculi Uncias tres.
Concisa et contusa misceantur.
Vis: expectorans.

SPIRITUS FORMICARUM. Ameisen-Spiritus.

Rec. Formicarum rufarum viventium, aquisquiliis mundatarum, Libras duas,
Spiritus vini rectificati,
Aquae fontanae, singulorum Libras quatuor.
Post macerationem per viginti quatuor horas destillando eliciantur leni calore Librae quatuor.
Sit limpidus, aliquantulum acidulus, coloris expers, odoris spirituosi, sub aetherei, pond. spec. 0,90.

SPIRITUS MASTICHES COMPOSITUS. Zusammengesetzter Mastixgeist.

Syn. Spiritus matricalis.
Rec. Mastiches,
Myrrhae,
Olibani, singulorum Uncias tres,
Spiritus vini rectificati Libras sex.
Macera per horas viginti quatuor et destillando elice Libras quatuor cum dimidia.
Vis: tonica, roborans.

SPIRITUS MENTHAE PIPERITAE CONCENTRATUS.
Concentrirter Pfeffermünzspiritus.

Syn. Essentia Menthae piperitae Anglorum.
Rec. Spiritus vini rectificatissimi Unciam,
Olei Menthae piperitae Drachmas duas.
Solve.

SPIRITUS SINAPIS. Senfspiritus.

Rec. Olei Sinapis aetherei Scrupulum unum,
Spiritus vini rectificatissimi Unciam unam.
Solve et serva in vitro bene obturato.

SPIRITUS SULPHURICO-AETHEREUS FERRUGINOSUS seu MARTIATUS. Eisenhaltiger Schwefeläther-Geist.

Syn. Liquor anodynus martialis. Tinctura nervina Bestucheffii s. de Lamotte.

Rec. Liquoris ferri muriatici oxydati Partem unam,
Aetheris sulphurici Partes duas.

In vase idoneo conquassantur per horae quadrantem. Liquor supernatans separetur et hujus pars una misceatur cum

Spiritus vini alcoholisati Partibus duabus

Miscelam in vitris oblongis, bene obturatis, radiis solis expone, donec color omnis evanuerit.

Tum in vasis bene clausis loco aprico serva.

Sit limpidus, coloris expers seu flavescens, nec fuscus, pond. spec. 0,830—0,840.

SPONGIAE CERATAE. Wachsschwämme.

Spongiae marinae minores, structurae tenuioris, lapidibus spongiarum perfecte mundatae et exsiccatae, immergantur cerae flavae liquefactae, prelo fortiter exprimantur, et, ubi refrixerint, a cera superflua mundentur.

SPONGIAE COMPRESSAE. Preßschwämme.

Spongias marinas electas, foraminibus parvis pervias, a partibus heterogeneis liberatas, in frustula oblonga scinde, aqua fervida humecta, et funiculis dense et fortiter ita constringe, ut e singulis frustulis cylindri fortiter digiti circiter longitudine, qui constricti serventur.

SUCCUS LIQUIRITIAE TABULATUS. Lakritztäfelchen.

Syn. Tabellae Liquiritiae.

Rec. Succi Liquiritiae depurati Libram unam,
Gummi arabici electi integri,
Sacchari albi, singulorum Uncias tres.
Aquae Rosarum Uncias novem.

Gummi et Saccharum in aqua Rosarum macerando solve, solu-

tum per panuum cola et addito Sueco Liquiritio e balneo aquae inter assiduam agitationem ad massae pilularis consistentiam fac evaporare. Tum massam adhue ealidam in placentas tenues extende, has loco sieeo vel parum tepido expone, ut paullulum indureseant, et tabellulas inde forma rhombieas ponderis granorum aliquot, quae sieeatae in vitro bene elauso serventur.

Vis: emolliens, expeetorans.

SULPHUR JODATUM. Jodschwefel.

Rec. Jodi Draehmas septem.
Sulphuris Drachmam unam.

Bene eontritae in vase vitreo leni igne eolliquantur, et massa pulverata in vitro clauso servetur.

Sit massa nigra splendens, antimonio sulphurato similis, calore fortiore vapores jodi exhalans, sulphur secernat. *Part. const.* Sulphuris 1 pond. mixt., Jodi 2 pond. mixt.

SYRUPUS AMMONIACI. Ammoniakſyrup.

Rec. Gummi Ammoniaei in granis Unciam unam
Solve lege artis triturando in
Vini albi generosi Uneiis quinque.

Solutio subsidat per aliquot minutas et decanthetur; postea adde

Sacchari albi et eonsistentiam tabulandi eocti, Uneias octo.
Agitentur tum refrigeseunt. Fiat syrupus albidus.

SYRUPUS BALSAMI PERUVIANI seu INDICI NIGRI. Syrup von schwarzem Perubalſam.

Syn. Syrupus Balsamieus.

Rec. Tineturae Balsami peruviani Drachmam unam,
Syrupi Saeehari Uneias tres.
Misee lege artis.

SYRUPUS CERASORUM. Kirſchenſyrup.

Eodem modo sicut Syrupus Berberidum (vide Pharmaeopoeam Badensem) paretur ex Cerasis aeidis recentibus. Servetur loco frigido in lagenis minoribus bene clausis.

Eodem paretur:

SYRUPUS MORORUM. Maulbeerſyrup.

Caloris intense rubri.

SYRUPUS RIBIUM. Johannisbeersyrup.

Coloris rubri.

SYRUPUS RUBI FRUTICOSI. Brombeersyrup.

Coloris intense rubri.

SYRUPUS SPINAE CERVINAE. Kreuzdornbeeren-Syrup.

Syn. Syrupus domesticus.
Sit coloris viridi-fuscescentis.

SYRUPUS SUCCI CITRI. Citronensaft-Syrup.

Syrupus Acetositatis Citri.

SYRUPUS CHINAE. Chinasyrup.

Rec. Corticis Chinae contusi Uncias quatuor,
Aquae purae Libras duas et dimidiam.

Coque in vase tecto per horae quadrantem, liquori turbido evaporatione leni igne ad dimidiam partem redacto adde.

Sacchari albi Libram unam.

Coque ad consistentiam syrupi.

Sequenti modo etiam parari potest:

SYRUPUS CHINAE. Chinasyrup.

Rec. Extracti Chinae fuscae Grana quinque
Solve in
Vini Malacensis Scrupulo uno,
Solutioni adde
Syrupi Sacchari Unciam unam.
Misce lege artis. Vis: tonica, roborans.

SYRUPUS CROCI. Safransyrup.

Rec. Croci optimi Drachmam unam,
Vini gallici albi Uncias tres.

Macerentur per horas viginti quatuor. In liquoris expressi Unciis duabus cum dimidia
solve
Sacchari albi Uncias quatuor cum dimidia.

Leni calore fiat syrupus coloris sub aurantiaci, odoris Croci insignis.

SYRUPUS DIACODION. Diacodionsyrup.

Syn. Syrupus Papaveris albi.
Rec. Capitum Papaveris,
Siliquarum dulcium, a seminibus liberatarum, singulorum concisorum Uncias tres,
Radicis Liquiritiae concisae Uncias duas,
Coquantur cum
Aquae fontanae Libris decem
ad remanentiam Librarum duarum cum dimidia.
Colaturae adde
Sacchari albi Libras duas.
Fiat syrupus e flavescenti fuscus.

SYRUPUS FERRI CHLORATI. Chloreisen-Syrup.

Rec. Ferri chlorati Drachmam dimidiam
Solve in
Aquae destillatae Drachmis duabus,
Solutioni adde
Syrupi Sacchari Drachmas decem.
Misce optime et serva in vitro bene clauso.

SYRUPUS FERRI JODATI. Jodeisen-Syrup.

Rec. Jodi Drachmas tres,
Ferri puri limati Drachmam unam,
Aquae destillatae Unciam unam.
Vitro satis capaci immissae, leni et continuata agitatione solvantur, ut fiat solutio coloris dilutae viriduli. Fluidum ope filtri minoris separetur et eluatur filtrum cum
Aquae destillatae Uncia dimidia
In fluidis solvantur in patina ferrea
Sacchari albi Unciae duae
ut fiat leviter ebulliendo Syrupus, ponderis Drachmarum triginta, qui statim in vitris minoribus epistomio vitreo claudendis et perfecte implendis, servetur.

Recens paratus coloris expers invenitur, sed aëri expositus, brevi tempore superficie paullulum fuscescit, et tunc conquassatus colore vini albi tingitur. Hac forma dispensandus. Cum aqua destillata dilutus, solutionem perfecte limpidam, vix coloratam, praebeat. Rejiciatur autem, si solutio aquosa turbida vel magis colorata evadat. Drachma ejusdem continet 7,28 Gran. ferri jodati.

SYRUPUS GUMMOSUS. Gummisyrup.

Rec. Gummi arabici Uncias quatuor,
Solve in
Aquae fontanae Uncias sedecim.
Solutioni adde
Sacchari albi Uncias decem et dimidiam,
Solve et colaturae Unciarum triginta admisce
Olei Naphae Guttas tres.

SYRUPUS HELICUM. Schneckensyrup.

Rec. Helicem unam,
Sacchari albi Unciam unam,
Aquae fontanae Unciam unam,
Coque ad colaturam Unciarum duarum.

SYRUPUS LICHENIS ISLANDICI. Isländisch-Moos-Syrup.

Rec. Pastae Lichenis islandici Drachmas duas,
Solve leni calore in
Aquae fervidae Unciis duabus,
Solutioni colatae adde
Syrupi Sacchari Uncias duas.
Paretur ex tempore.

SYRUPUS MERCURIALIS seu LONGAE VITAE seu SANITATIS. Bingelkraut-Syrup. Gesundheitssyrup.

Syn. Mellitis Mercurialis composita.
Rec. Succi Mercurialis annuae Libras quatuor,
— Boraginis officinalis,
— Buglossi officinalis, singulorum Libram unam,
Mellis albi Libras sex.
Coque et despuma; tunc recipe
Radicis Gentianae minutim concisae Uncias tres,
— Ireos florentinae concisae Uncias tres,
Vini albi generosi Libras tres.
Macera per horas viginti quatuor et exprime.
Colaturam cum Succis et melle mixtam coque blando igne ad syrupi consistentiam et cola.
Vis: purgans, emmenagoga, roborans.

SYRUPUS SARSAPARILLAE. Sarsaparillsyrup.

Rec. Radicis Sarsaparillae concisae Libras tres,

Aquae bullientis Libras triginta.

Infunde per horas viginti quatuor, tunc coque ad remanentiam Librarum duodecim et cola exprimendo.

Residuum coquatur in Aquae Libris triginta ad duodecim remanentiam et eum expressione coletur, quo facto decocta ambo commixta ad Libras decem evaporatione redigantur et post sepositionem filtratis addantur.

Syrupi Sacchari,
Mellis albi, singulorum Librae tres.

Coque celeriter ad syrupi consistentiam.

V i s: antisyphilitica.

SYRUPUS SARSAPARILLAE COMPOSITUS. Zusammengesetzter Sarsaparillsyrup.

Syn. Roob Lafecteure.

Rec. Radicis Sarsaparillae concisae Libras duas,
Aquae bullientis Libras duodecim.

Infunde per horas viginti quatuor, tunc coque per horas quadrantem et cola exprimento; residuum coquatur cum

Aquae communis Libris decem

et ad sex consumatur. Qua operatione bis vel ter repetita, decocta commisce et leviter coque cum

Florum Boraginis,
— Rosarum albarum,
Foliorum Sennae,
Seminis Anisi vulgaris, singulorum Unciis duabus.

Decoque ad dimidiam, cola et adde

Mellis albi,
Sacchari albi, singulorum Libras duas.

Coque ad syrupi spissi consistentiam.

V i s: antisyphilitica.

SYRUPUS SENNAE. Sennesyrup.

Rec. Foliorum Sennae concisorum Uncias octo,
Aquae bullientis Libras quatuor,

Macera per horas duas, cola exprimendo et colaturae sepositione depuratae adde

Sacchari albi Libras tres.

Fiat lege artis Syrupus coloris fusci.

V i s: laxans.

SYRUPUS TRAGACANTHAE. Traganthsyrup.

Rec. Gummi Tragacanthae pulveratae Drachmam unam et dimidiam,

Coque cum

Aquae fontanae quantum satis

ad colaturam Unciarum octo,

quibus addas

Sacchari albi Uncias quatuordecim.

Fiat ebullitione Syrupus, qui colatus servetur.

SYRUPUS ZINGIBERIS. Ingwersyrup.

Paretur eodem modo, ut Syrupus Corticum Aurantiorum (vide Pharmacopoeam Badensem) ex radice Zingiberis.

TAFFETAS VESICATORIUM. Blasenziehender Taffet. Zugtaffet.

Syn. Taffetas epipasticum americanum.

Rec. Corticis Mezerei concisi et contusi Drachmas sex,

Aetheris acetici Uncias duas.

Macera per dies octo, exprime et filtra. Porro

Rec. Cantharidum contusarum Drachmas sex.

Aetheris acetici Uncias duas.

Macera pari modo, exprime et filtra. In tincturarum commixtuarum unaquaque Uncia solve

Sandaracae Scrupulos quatuor,

Mastiches Drachmam dimidiam,

Terebinthinae Scrupulum unum,

Olei Lavandulae Guttas decem.

Solutione peracta, tinctura epipastica supra taffetas cera obductum (venale) tenuius, longitudinis 30 pollicum et 20 latitudinis, penicilli ope obtineatur, et haec operatio repetatur, usque ad perfectam tincturae consumtionem.

Scindatur in pannulos longitudine pollicum quinque et quatuor latitudine.

Vis: vesicans.

TARTARUS FERRATUS. Eisenweinstein.

Syn. Tartarus chalybeatus seu feruginosus. Tartras kalico-ferricus.

Rec. Ferri pulverati Unciam unam.

Tartari depurati pulverati Uncias quatuor.

In vase ferreo vel murrhino cum aqua destillata in pultis formam commisce et leni calore, pluries massam agitans et aquam evaporatione dissipatam sub inde restituens, digere, donec ista gelatinae instar aequalis et spisssa evaserit, ejusque pars una in decem aquae calidae partibus vix non tota solvitur. Tum eam leni igne ad siccum evaporatam in pulverem redige.

Serva in vase bene clauso.

Sit pulvis coloris e luteo viridis, tempore et aëris aditu fuscescens, saporis dulciusculi, substyptica-ferrosi, in aquae destillatae frigidae partibus sedecim, quam minima parte remanente, solubilis et solutionem nigrescenti-viridem exhibens.

Vis: tonica.

TINCTURA AMBRAE. Ambra-Tinctur.

Rec. Ambrae griseae tritae Scrupulum unum,
Spiritus sulphurico-aetherei Unciam unam.
Digerantur per triduum, tum filtrentur.
Sit coloris e fusco-flavescentis, odoris Ambrae.

TINCTURA ANGELICAE. Angelica-Tinctur.

Paretur uti Tinctura Absinthii (vide Pharmacop. Badensem) et pulvere radicis Angelicae.

Sit colore flavo-subrufulo, odore et sapore insigni, Angelicae proprio.

Eodem modo paretur:

TINCTURA GRANATORUM CORTICIS RADICIS. Granatwurzelrinden-Tinctur.

Sit colore fusco.

TINCTURA ARNICAE. Arnika-Tinctur.

Rec. Florum Arnicae concisarum Unciam unam et dimidiam,
Spiritus vini rectificati Libram unam,
Digere per sex dies, exprime et affunde
Spiritus eam quantitatem, ut sit colatura tincturae filtratae Librae unius.

Sit coloris flavescentis.

TINCTURA ARTEMISIAE RADEMACHERI. Rademacher's Beifuß-Tinctur.

Rec. Radicis Artemisiae concisae Unciaa quinque,
Spiritus vini rectificatissimi,

Aquae destillatae, singulorum Libras duas,
Digere per tres dies, exprime et filtra.
Sit coloris subfusci.

† TINCTURA BELLADONNAE. Tollkirschenkraut-Tinctur.

Conficiatur uti Tinctura Aconiti spirituosa (vide Pharmacop. Badens.) ex pulvere herbae Belladonnae.

Sit coloris e fusco-viridis.

Eodem modo parentur:

† TINCTURA CHELIDONII MAJORIS. Schöllkraut-Tinctur.

Sit coloris e viridi-fuscescentis.

TINCTURA CHENOPODII AMBROSIOIDES. Mexikanische Traubenkraut-Tinctur.

Sit coloris e fusco-viridis.

† TINCTURA CONII MACULATI. Schierlingskraut-Tinctur.

Sit colore fusco-viridi.

† TINCTURA HYOSCYAMI. Bilsenkraut-Tinctur.

Sit coloris e viridi-fusci.

† TINCTURA LACTUCAE VIROSAE. Giftlattigkraut-Tinctur.

Sit coloris e fusco-viridis.

TINCTURA MENTHAE CRISPAE. Krausemünzen-Tinctur.

Sit coloris e viridi-fusci.

TINCTURA MENTHAE PIPERITAE. Pfeffermünzen-Tinctur.

Sit coloris e viridi-fusci.

† TINCTURA NICOTIANAE. Tabak-Tinctur.

Sit colore fuscescente.

† TINCTURA PULSATILLAE. Küchenschellen-Tinctur.

Sit coloris saturatae e viridi-fusci.

† TINCTURA SABINAE. Sadebaum-Tinctur.

Sit coloris fuscescentis.

† TINCTURA STRAMONII HERBAE. Stechapfelkraut-Tinctur.

Sit coloris e viridi-fusci.

TINCTURA THUJAE OCCIDENTALIS. Lebensbaum-Tinctur.

Sit coloris e viridi-fuscescentis.

TINCTURA TRIFOLII. Bitterklee-Tinctur.

Sit coloris viridi-fuscescentis.

TINCTURA BURSAE PASTORIS RADEMACHERI. Rademacher's Schäfertuschelkraut-Tinctur.

Rec. Succi recenter expressi Capsellae bursae pastoris,
Spiritus vini rectificatissimi, singulorum Partes aequales.
Misce et filtra.

Eodem modo paretur:

TINCTURA VIRGAE AUREAE RADEMACHERI. Rademacher's Goldruthen-Tinctur.

TINCTURA CALAMI. Calmus-Tinctur.

Conficiatur uti Tinctura Aurantiorum Corticum (vide Pharmacop. Badens.) ex pulvere radicis Calami.

Sit coloris fuscescentis.

Eodem modo parentur:

TINCTURA CARDAMOMI. Cardamomen-Tinctur.

Sit coloris flavescentis.

TINCTURA CARYOPHYLLORUM. Gewürznelken-Tinctur.

Sit coloris fusci.

TINCTURA CASCARILLAE. Cascarillen-Tinctur.

Sit coloris fusci.

TINCTURA GALANGAE. Galgant-Tinctur.

Sit coloris fusci.

TINCTURA GALLARUM. Galläpfel-Tinctur.

Sit colore fusco.

TINCTURA GENTIANAE. Enzian-Tinctur.

Sit colore e flavo-fusco.

TINCTURA GUAJACI LIGNI. Guajakholz-Tinctur.

Sit colore e rubro-fusco.

† **TINCTURA IPECACUANHAE.** Ipecacuanha-Tinctur.

Sit colore pallidiore rubro-fusco.

TINCTURA HELLEBORI NIGRI. Schwarz-Nieß-wurzel-Tinctur.

Sit colore fusco.

TINCTURA JALAPPAE RADICIS. Jalappen-Tinctur.

Sit colore rubro-fusco.

TINCTURA POMORUM AURANTIORUM. Pomeranzen-Tinctur.

Sit cotore fusco.

† **TINCTURA PYRETHRI.** Bertram-Tinctur.

Sit colore fuscescente.

TINCTURA QUASSIAE LIGNI. Quassia-Tinctur.

Sit colore flavescente.

† **TINCTURA SCILLAE.** Meerzwiebel-Tinctur.

Sit colore pallide fusco.

† **TINCTURA SECALIS CORNUTI.** Mutterkorn-Tinctur.

Sit colore fusco.

TINCTURA VALERIANAE. Baldrian-Tinctur.

Sit colore fusco.

TINCTURA ZINGIBERIS. Ingwer-Tinctur.

Sit coloris pallidioris rubro-fusco.

† TINCTURA CANNABIS INDICAE. Indisch-Hanf-Tinctur.

Rec. Extracti Cannabis indicae venalis Drachmam unam et dimidiam,
Spiritus vini rectificatissimi Uncis tres,
Aquae destillatae Unciam unam.
Solve et filtra.
Sit limpida colore obscure virida.

TINCTURA CARMINATIVA WEDELII. Wedel's windtreibende Tinctur.

Rec. Radicis Zedoariae Uncias quatuor,
— Calami,
— Galangae, singulorum Uncias duas,
Florum Chamomillae romanae,
Seminis Anisi,
— Carvi, singulorum Unciam unam,
Caryophyllorum,
Baccarum Lauri, singulorum Drachmas sex,
Macidis Unciam dimidiam,
Corticum Aurantiorum Drachmas duas,
Concisa et contusa macerentur cum
Spiritus vini rectificatissimi,
Aquae Menthae piperitae, singulorum Unciis viginti quatuor,
per aliquot dies, tum exprime et filtra.
In dispensatione Partibus septem adde
Spiritus nitrico aetherei Partem unam.
Sit coloris fusci.

† TINCTURA CHELIDONII RADEMACHERI. Rademacher's Schöllkraut-Tinctur.

Rec. Succi Chelidonii majoris recentis,
Spiritus vini rectificatissimi, singulorum Partes aequales.
Misce et filtra.
Sit colore viridi.

TINCTURA CHINOIDINI. Chinoidin-Tinctur.

Rec. Chinoidini Drachmam,
Spiritus vini rectificatissimi Unciam unam.
Solve.
Sit colore rubro-fusco.

TINCTURA COCCIONELLAE. Cochenil-Tinctur.

Rec. Coccionellarum pulveratarum Unciam unam,
Spiritus vini rectificati Uncias octo.
Digcre sex dies, interdum agitando, et filtra.

TINCTURA COCCIONELLAE SEPTEMPUNCTATAE. Marienkäfer-Tinctur.

Rec. Coccionellas septempunctatas octoginta,
Spiritus vini rectificatissimi Unciam unam.
Digere per sex dies, exprime et filtra.
Sit colore e flavo-fusco.

TINCTURA CORTICIS SAMBUCI INTERIORIS. Innere Hollunderrinde-Tinctur.

Rec. Corticis Sambuci interioris contusi Unciam unam,
Spiritus vini rectificati Uncias octo.
Digerc per sex dies, exprime et filtra.

TINCTURA CROCI. Safran-Tinctur.

Rec. Croci optimi Unciam unam,
Spiritus vini rectificati Libram unam.
Digere per triduum, exprime et filtra.
Sit colorc saturate aurantiaco.

TINCTURA CUBEBARUM. Cubeben-Tinctur.

Rec. Cubebarum contusarum Unciam unam,
Spiritus vini rectificati Uncias octo.
Digere per triduum, exprime et filtra.
Sit colore fusco.

† TINCTURA CUPRI ACETICI RADEMACHERI. Rademacher's essigsaure Kupfer-Tinctur.

Rec. Cupri sulphurici Uncias tres,
Plumbi acetici Uncias tres et Drachmas sex,
Terendo misce et addc
Aquae destillatae Uncias scptemdecim.
Calefac in vase cupreo ad bulliendum et post refrigerationem admisce.
Spiritus vini rectificatissimi Uncias tredecim.
Per hebdomades quatuor saepius conquassa et filtra.

TINCTURA EUPHORBII. Euphorbium=Tinctur.

Rec. Euphorbii contusi Unciam unam,
Spiritus vini rectificatissimi Libram unam.
Digere per triduum et tum filtra.
Sit colore e flavo-fusco.

TINCTURA FERRI ACETICI RADEMACHERI. Rademacher's essigsaure Eisen=Tinctur.

Rec. Ferri sulphurici puri Uncias duas et Drachmas septem,
Plumbi acetici Uncias tres,
Terendo in mortario ferreo admisce,
Aquae destillatae Uncias sex,
Aceti vini Uncias duodecim.
Calefactis in vase ferreo ad ebulliendum et refrigeratis adde
Spiritus vini rectificatissimi Uncias decem.
In vitro bene clauso per menses pluries conquassa et tum, si liquor rutilis est, filtra.
Sit colore rubro-fusco.

TINCTURA FULIGINIS CLAUDERI. Clauder's Glanz=ruß=Tinctur.

Rec. Fuliginis splendentis Drachmas duas et Scrupula duo,
Ammonii muriatici Scrupula quatuor,
Kali carbonici depurati Unciam unam,
Aquae destillatae Uncias sex.
Digere per dies quatuor leni calore tum filtra.

TINCTURA FUNGI CYNOSBATI. Rosenschwamm=Tinctur.

Rec. Fungi Cynosbati seu Rosae concisae Drachmas decem,
Spiritus vini rectificati Uncias sex.
Digere per aliquot dies, tum exprime et filtra.
Sit colore fuscescente.

TINCTURA GALBANI. Mutterharz=Tinctur.

Paretur uti Tinctura Aloes (vide Pharmacop. Badensem).
Sit coloris fuscescentis.

TINCTURA HYRACEI MARTII. Hyraceum=Tinctur.

Rec. Hyracei contusi Uncias tres,
digere calore 24—30° R. cum

Aquae destillatae Unciis octodecim,
per dies octo, saepius conquassando.
Filtra et colatura adde
Aquae destillatae quantum satis,
ut pondus sit Unciarum sedecim,
quibus adde
Spiritus vini rectificatissimi Uncias tres.
Tum filtra et serva.
Sit colore fusco.

† TINCTURA KALINA. Kali-Tinctur.

Syn. Tinctura Antimonii acris seu tartarisata.
Rec. Kali causici sicci Uncias quatuor.
In mortario ferreo calefacto in pulverem tritas ingere in
Spiritus vini rectificatissimi, leniter calefacti, Libris duabus.
Probe agitentur, tum in cucurbita digerantur arenae balneo per triduum. Tincturam decantha et serva.
Sit colore e rubro-flavo, sapore caustico, pond. spec. 0,904—0,910.

TINCTURA KINO. Kino-Tinctur.

Rec. Pulveris Kino Unciam quatuor,
Spiritus vini rectificati Libras duas.
Macera per dies sex, exprime et filtra.
Sit colore rubro-fusco nigrescente, sapore forte adstringente, pond. spec. 0,89.

TINCTURA LACCAE. Lack-Tinctur.

Rec. Laccae in Granis grossiuscule pulverati Unciam unam,
Aluminis crudi Drachmas duas.
Coque cum
Aquae destillatae Unciis octo
ad colaturam Unciarum trium. Liquori semirefrigerato admisce
Aquae Rosarum,
— Salviae, singulorum Uncias unam,
Spiritus Cochleariae Unciam dimidiam
et tum miscela filtretur.
Sit limpida, colore rubro-amoeno.

TINCTURA LOBELIAE INFLATAE. Lobulin-Tinctur.

Rec. Herbae Lobeliae inflatae contusae Unciam unam,

Spiritus vini rectificati Uncias octo.
Digerantur per dies sex, exprime et filtra.
Sit colore fusco-viridi.

TINCTURA LOBELIAE INFLATAE AETHEREA.
Aetherische Lobelin-Tinctur.

Rec. Herbae Lobeliae inflatae contusae Unciam unam,
Spiritus sulphurico-aetherei Uncias octo.
Post macerationem in vitro bene clauso per octo dies exprimetur et filtretur.
